





TEMPLUM HONORIS ET VIRTUTIS

HISPANICO-AUSTRIACUM,

SEX COLUMNIS

PIETATIS, JUSTITIAE, FORTITUDINIS, PRUDENTIAE, CLEMENTIAE, TEMPERANTIAE,

ILLUSTRISSIMUM;

Serenissimo, Potentissimo, Invictissimo

PRINCIPI ac DOMINO,

DOMINO

CAROLOSEXTO

Electo *Romanorum Imperatori* Semper Augusto;

REGI Germaniæ, Castiliæ, Arragoniæ, Legionis, Navarræ,

Neapolis, Utriusque Siciliae, Hierosolymæ,

Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Slavoniæ,
Granadae, Toleti, Valentiae, Galliciae, Majoricarum, Hispaniae,
Sardiniae, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziæ, Gibraltaris,
Insularum Canariæ, Indiarum, Terræ Firmæ, Mexici, Oceani, &c.

ARCHIDUCI AUSTRIÆ,

DUCI Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriae, Carinthiæ, Carniolae, Mediolani,
Limburgi, Geldriæ, Wurtembergæ, Calabriae, Superioris & Inferioris Silesiæ, &c.

PRINCIPI Sveviae, Cataloniae, Asturiae, Transylvaniæ, &c.

LANDGRAVIO ALSATIÆ;

MARCHIONI Burgaviæ, Moraviæ, Superioris & Inferioris Lusatiæ; &c.

Principali Dignitate COMITI Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis, Görziæ, Artesis, Burgundiæ,
PALATINO Hanigoviæ, Pfirdiæ, Kuburgi, Namurci, Rosillonis, Ceritanis, &c.

DYNASTÆ Vinidorum Marchiæ, Portunaviæ, Bistariæ, Molinæ, Salinæ, Mechlini, &c.

PIO, JUSTO, FORTI, FELICI;

VICTORI & TRIUMPHATORI GLORIOSISSIMO,

PATRI PATRIÆ CLEMENTISSIMO;

Quam juxta Tenorem AUREÆ BULLÆ, à Carolo IV. promulgatæ,

à *Celsissimo Potentissimoque Collegio Electorali,*

unanimi Consensu CÆSAR eligeretur *Francofurti*,

Die XII. *Octobr.* M DCC XI. ibique Die XXIII. *Decembr.* M DCC XI.

quo illustriorem, in *Orbe Romano*, & ANNUM, & DIEM, *Sol Romanus* non adspexit ullum,

CORONA Imperiali inauguraretur solennissima POMPA;

sublimiori & subtiliori extractum, confectratumque, *Eloquentiæ Romanæ Characteres*, nimirum:

Epigraphicæ, Metricæ, Heroicæ, Elegiacæ, Jambicæ, Trochæicæ, Anapaesticæ, Phalæicæ, Epigrammaticæ, Programmaticæ, Anagrammaticæ, Arithmeticæ, Cæcisicæ,

Anaglyphicæ, Polylogicæ, Chronologicæ, Acronostichicæ, Polytropæ, Palindromæ, Sieronomæ, Cæcis, Cæcis, Cæcis, Cæcis, Cæcis, Cæcis, Cæcis, Cæcis, Cæcis,

Trigonometricæ, Pyramidicæ, Opticæ, Præcæ, Prosopæ, Onomasticæ, Emblematicæ, Arithmeticæ, Hieroglyphicæ, Prosopæ, &c.

adhibitis passim *Observationibus Historicis, Mathematicis, Ethicis, Politicis, Physicis, Medicis, Juridicis, Theologicis;*

additâ quoque *Anacephalosi, Prosopæ, Choro Musarum & Nympharum*, nec non *Coronide curiosissima;*

CELSISSIMO POTENTISSIMOQUE COLLEGIO ELECTORALI

devotissimo animi cultu humillimè dicat & dedicat,

Votoque devoto *PROSPERRIMA FAUSTISSIMA*que devotissimè votet & optat;

Se, Studiaque sua Mariana, in *Laudem Imperii Romani*, & *Salutem Reip. Literariæ, liberaliter suscepta,*

submissimè offert & commendat

ANDREAS GOEPELIUS,

ISENACO THURINGUS,

Theol. & Jur. Cand. Med. Doct. & Poët. Laur. Cæsar.

Anno, quo

hispaniæ REX CARL. CÆSAR, Victorqve PHILIPPUS,

Impetit exCelsis LaVrea, oVausqve Viget.

FRANCOFURTI ad Menum, IMPENSIS AUTORIS. Anno reparatæ Salutis M DCC XI.



DEDICATIO. ELECTORALIS. METRICA.
humillimè. inſcripta. dicata. et. ſacrata.

* * *

Eminentiffimis. Sereniſſimis. Potentiſſimis.
S. R. IMPERII. ELECTORIBUS.

* * * * *

MAGNI. ELECTORES!

Præcelſo. Stemmate. creti.

Heroës. Fortes. Divum. Genus. Inclÿta. Terræ.
Progenies. noſtræ. Generoſa. Lumina. Gentis.
Imperii. Fulcra. ac. fidiffima. Peſſora. Pacis.
VOS. Veterum. quot. jam. commendant. magna. Parentum.
Nomina. &. extollit. ſtellantia. ad. Eſſera. Virtus.
Inclÿta. qui. moſi. ſancta. Pietatis. amore.
Inſigni. numero. jucunda. Theatra. repletiſ.
Divorum. Proles!

Mariana. mea. acta. Minerva.

Lauriferos. ardet. Parnaffi. ſcandere. colles.
Ardua. ſit. via. non. metuit. ſpectata. labores.
Virtus. Virtuti. via. tenditur. in. via. nulla.
Hic. doceo. CAROLUM. ſtudium. Virtutis. amare.

Virtutes. colere. in. vitas. queis. iur. ad. Alra.
CAESAR. ſc. ſtatuit. glorioſam. degere. vitam.

Quippe. ELECTORES. Phœbeja. Sidera. lucent.
Sereni. Proceres. Mecænatesque. colendi.
Præſides. Imperii. Reverendi. culmine. Myſtæ.
Principes. Excelſi. Patriæ. quoque. Lumina. Magna.
in. quibus. Virtus. Muſæ. Prudentia. certant.

Accipite. hoc. TEMPLUM. faciles. &. fronte. ſerena.

Indulgete. precor. veniam. ac. ignoſcite. blande.
Audenti. VOBIS. Opus. hoc. inſcribere. Sacrum.
Et. TEMPLI. Fronti. præſigere. NOMINA. VESTRA.
Reſpiciote. Animo. blando. Vultuque. benigno.
Et. Linguis. Animisque. favete. audacibus. auſis.
Major. ſic. ceder. præſenti. Gratia. TEMPLE.
Sic. mea. Præſidio. ſub. Veſtro. Muſa. quietet.
Et. plaudet. tantis. felix. TUTORIBUS. Auctor.

Interea. Pater. Omnipotens. Rerumque. Creator.

Æternus. Deus. &. cœli. terræque. Monarcha.

Qui. Rei. Humanas. Divino. Numine. torquet.

In. cujus. Dextra. ſunt. ſplendida. Sceptra. Regentum.

Ex. adyto. ſacro. VOS. Majeſtate. Verendi.

Nominis. incolumes. &. ſalvos. ſoſpriet. uſque.

Conſiliis. adſit. magnis. &. Vota. ſecundet.

Curia. Tempa. Scholæ. tranquilla. in. Pace. triumphant.

Veſtris. nunc. Summus. Summi. Moderator. Olympi.

Adſpiret. factis. Veſtrisque. laboribus. adſit.

Vivere. VOS. jubeat. longævæ. tempora. vitæ.

Nominis. ut. maneat. Sedes. fixa. alma. perennis.

Hæc. eſt. Summa. pii. DEUS. o. DEUS. adnuc. Voti.

VESTRARUM. EMINENTIARUM. atque. SERENITATUM. POTENTISSIMARUM.

humillimus. devotiſſimusque. Servus.

ANDREAS. GOEPLIUS.
Henaſco. Thuringus.

AD-

EPIGRAMMA CABALISTICO-ARITHMETICO-ANAGRAMMATICUM,

In Summis Toti Templi Hispanico-Austriaci, aureis literis inscriptum; quod continet Anagramma purum, exceptis aliquo versu, pro uterisque formati. Ipsidem Cabala Major, duplicata, comprehendit Annum ab Orbe Condito 1560. Hac Cabala simplex, cum *Ætate Carolina* multiplicata indicat 4. Regna, Regionem & Provincias, ut 74000. *Orbis, Oppida & Vici*, qui sunt sub CAROLI AUGUSTISSIMI Imperio. Numerus 74. *Sacri & Nativitatis Carolinae. Epigramma Cabalisticum-Anagrammaticum circulosillum!*

444 38 198 435 2 491 365 298
 CAROLUS Dei Gratia IMPERATOR ROMANUS SEMPER AUGUSTUS,
 GERMAN. ac HISPAN. HUNGAR. atque BOHEM. REX.

Anagramma Metricum.

Pax! AUGUSTUS HEROS! Heic MARS, MINERVA, Coronas

Ornat nunc armis; Terror es atque Deus.

* * *

Hexagonum Hieroglyphico-Cabalisticum-Pretioso-Polypropo-Cylindricum, in Atrio interiori Templi Honoris & Virtutis collocatum & erectum, proponens sex Hexametros, sex Vocibus, sexis permutatilibus; illustrans sextum Alphabeti Literarum F. & explicans, in sex Lineas Cylindricas, sex Hieroglyphica CAROLI SEXTI, Imperatoris Romani. Cujus Hexadrum Stereometricum, in sex Superficiebus Cabalisticis, exhibet sex Regna Carolina Hereditaria, nimirum Hispaniam, Hungariam & Bohemiam, Dalmatiam, Croatiaem, Slavoniam.

NB. Hoc in Hexadrum, sex Bassi, bindate & firmate sunt sex Colones Templi Honoris & Virtutis Hispanico-Austriaci, videlicet Pietatis, Justitiae, Fortitudinis, Prudentiae, Clementiae, Temperantiae. In 36 Literis Cabalisticis initialibus F. invenitur Annum memoriam dignissimum, quo PHILIPPUS I. Augustus CAROLI F. & FERDINANDUS I. sacros, felicissimus existit Potentia Hispanico-Austriaci Architectus, in Hexagonum Cylindricum rarissimum!

I. PIETAS.	Fons.	Fundens.	Fructus.	Fundendo.	Fonte.	Futuros.
II. JUSTITIA.	Fals.	Falcans.	Falces.	Felici.	Falce.	Feroces.
III. FORTITUDO.	Fors.	Ferens.	Festos.	Fanesto.	Funere.	Francos.
IV. PRUDENTIA.	Fax.	Fammans.	Faciens.	Flagrantes.	Flammae.	Faces.
V. CLEMENTIA.	Frons.	Frondens.	Frondis.	Frondfces.	Florida.	Frones.
VI. TEMPERANTIA.	Flos.	Florens.	Floris.	Florenti.	Flora.	Frustris.

* * *

ANAGRAMMATISMUS Cabalisticus-Cabito-Arithmetico-Polylogico-Metricus, à Subditis Austriaci & Hispanici, tempore Inaugurationis, gratulandus, in Templo Hispanico-Austriaco, uno quasi ore, hilariter emittit. Ex hoc Anagrammatismo extriit lux Anagrammatica Austriaci, ad formam ac similitudinem superioris. Hac Ara legendi deservans, deservens & fastuosum variari potest 5650. vocibus, pro numero annorum ab Orbe condito. Cujus Tetragoni Radix est CARL, quæ Vox continet 32. in Cabala Memor. C. Etas hæc sunt JOSEPHI I. Imperatoris, Gloriosissima Memoria. I. Eius Quadratum est 1940. in Cabala Majori. Hinc numerum vocibus complectitur, in Numero forma pulchra, Anagrammaticum. Quoties multiplicatus exhibet Numerum 1825600. Literarum in 2. quadrata. Divisæ cum Numero 12. nimirum cum Etate JOSEPHI, reddit Summam 64. videlicet Annum LEOPOLDI I. Imperis JOSEPHI & CAROLI I. Augustissimorum Imperatorum; Cujus beatissimam Memoriam universa veneratur & venerabiliter Europæ, propter duplex Anagramma Nominis: nam LEOPOLDUS, pro Anagrammate, hunc habet sensum, Omneque verissimum: Pello datus, scilicet Turcas & Gallis; Sole dedit, nimirum duobus Filiis Cesaribus. Et Anagrammatismum Cabalisticum-Metricum tantillum!

442 356 606 180 156
 VICTOR, ALEXANDER, SERVATOR, CÆSAR, ACHILLES.

Anagramma Metricum.

VICTURAS, LEX, STELLA HEIC DARE RARA CORONAS.

UBERIOR EXPLANATIO & ELUCIDATIO ANAGRAMMATICA.

- I. VICTOR. Anagr. ICTURO. II. ALEXANDER. Anagr. ANLEX, DARE? An Lex est, Gallis mortem dare morte cruentam? Sic est: nam divis munera dora dicent.
- Victori ICTURO CAROLO itant Præmia multa: Icti, devicit, ut iter arma movit.
- III. SERVATOR. Anagr. RES TORVA. IV. CÆSAR. Anagr. SACERA. Sacer es à Sacro Imperio nunc dicitur Achilles; Sacrum Virtus eris Pessibus Imperii.
- V. ACHILLES. Anagr. HIC SELLA. VI. PIUS es DAVID. Anagr. DIVUS Des PIA. Hi nunc Stella manet, Gladius, Streperunque, Corona. CARL DIVUS, Pius in Patriam, Pius inque Penates. Vincis, CARL! solus: Sic Tibi longa Salus! Et Pius in pressos, in miserose Pius.

* * *

PROTEUS seu VERUMNUS HISPANICO-AUSTRIACUS,

Polypropo-Hieroglyphico-Chronologico-Metricus, qui tantquam Idolum VITI, ad Jovianum Templi Carolini collocatus, in Numeris Romanis, complectitur Annum Christianum MDCCXXI. & in singulis Vocibus terminalibus exhibet Hieroglyphicos, potest, permittit Vocibus, falsa Syllabarum Quantitate, Pedagogus Qualitate, alia semper aliisque specie & facie, sed non numero. Summa, in 1560. Hexametros mutat, videlicet iuxta Numerum Annonæ, ab Orbe condito, usque ad Augustum Augustissimum CAROLI AUGUSTICIUM. In Proteum Polypropo-Hieroglyphico-Chronologico-Metricum!

DVX, LVX, reX, LEX, Dos, FLOS, CeV Cor, CARL PIE! nVnC soL.

INTERPRETATIO horum octo Hieroglyphicorum METRICA.

I. DUX.

DUX Germanorum, CAROLUS, DUX Austriacorum. CARL, DOS magna Dei donatus Dotibus, omnes Ingenii Dotes quis numerare potest?

II. LUX.

LUCIFER Hispanico-Austriacus nunc lucet in Orbe; Præluce luctans, Lucida LUX, CAROLUS. FLOS es Virtutis, FLOSque Vigoris eris.

III. REX.

REX regnat CAROLUS, Cesar, Princepsque Monarcha; CARL. Heros Cordate COR es; TE Cordi veremur; Nosque fumus Cordi, COR Grægi Austriaci!

IV. LEX.

LEX est Rex CAROLUS, Divus qui Legifer audit; SOL nunc Austriacum nebulas sic pellit in auras SOL, Radiis calidis, Corpora lassia beat.

* * *

HISPANICO - AUSTRIACUM.

* * *

CABALA ARITHMETICO-CHRONOLOGICO-METRICA,

Portis Templi Hispanico-Austriaci, in *Inaugurationi Carolina*, publicè & solemniter adfina.
 Cujus Numeri Cabalifici Minores jam currentem *INAUGURATIONIS* indicant Annum M DCC XI.
 Ejus vero Calculus Cabalificus Major *tot continet Numeros*, quot numeratur *SEPTIMANE*, à Natiuitate Christi, usque ad
 finem Anni currentis. Ha Septimana, cum *Ætate Carolina* multiplicata, efficiunt *Numeros Dierum*, ab Orbe condito usque ad Inau-
 gurationem Carolinam. Numeri Cabalifici Minores, multiplicati cum *Ætate Cætris LEOPOLDI*, gloriosissima *Memoriam*, reddunt Num-
 erum Horarum *ÆTATIS CAROLINÆ*. En *Cabalam Arithmetico-Chronologicam* dignissimam!

49	84	45	58	131	55
Nunc.	CAROLUS.	Cæsar.	Radiis.	Virtutis.	Avitæ.
78	44	49	60	116	62
Complet.	REX.	Meritis.	Orbis.	Ultrasque.	Domos.
70	84	105	57	59	99
Excelsæ.	Austriacæ.	Stirpis.	Stat.	Gloria.	Victrix.
94	89	50	80	78	
Cæsaribus.	Multis.	Laus.	Repetita.	Tulit.	

ACROMESTICHIS ARITHMETICO-CABALISTICO-CUBICO-PALINDROMA,

ad Parietes *TEMPLI HISPANICO-AUSTRIACI* interiores, *fidulioris Apellæ* pentello, graphicè adscripta, & Posteritat, ad *perpetuam Inaugurationis Memoriam*, curiose commendata. Radix Cubica continetur in *FOE CAROLIS*; cuius Quadratum invenitur in *35*. *Litteri Cabalifici Initialium*, *NOMEN CAROLINUM* exhibentibus. Tota Acromestichis complectitur, in *Numeri Cabalifici Memoriam*, Annum ab Orbe Condito currentem 1660. Hic Numerus multiplicatus cum *Ætate Augustissima Matris, T H E R E S I E*, *Imperatoris Gloriosissimi*, continet *Horas ÆTATIS CAROLINÆ*. En *Acromestichian Cabalistico-Cubicam rarissimam*!

Concurrunt.	Cives.	CAROLUS.	Cingendo.	Coronis
Aliger.	Accipitres.	Avidos.	Adfixit.	Achilles
Restituens.	Requiem.	Romano.	Robore.	Regni
Orent.	Obtineant.	Ornent.	Operentur.	Onufii
Literulæ.	Lepido.	Lætentur.	Lumine.	Legum
Umbores.	Unctos.	Ubertas.	Umbret.	Ubivis
Surgito.	Subj cito.	Sævos.	Subtrato.	Superboe

* * *

ORACULUM HISPANICO-AUSTRIACUM,

ANAGNOSTICO-POLYLOGICO-CHRONOLOGICO-CANCRONO-METRICUM;

Cujus Numeri Romani denotant *ANNUM*, *memoria dignissimum*, quo nimirum *CAROLUS V. IMPERATOR ROMANUS*, FRANCISCUM I. *REGEM GALLIARUM*, *falso scissiponi ad Poliano Gallorum exercitu*, gloriosissimè vicit, cepit, atque triumphavit. NB. *Uterque, & Hexameter, & Pentameter*, poetè, sicut *absolutè ad finem*, ita à *foe ad initium*, non sine curiosa speculatione atque meditatione, legi & rati. *Litteræ, Syllabæ, Versusque scilicet; facta quoque Quantitate Poëtica*, exceptis voculis *Legi, non ege*. Eiusdem Tetragonum Rhomboideum exhibet *ARAM HISPANICO-AUSTRIACAM*, *duplicemque*, que, secundum *Legem*, supra præscriptam, *indivisiè legendo & relendo*, tot admittit *Variationes & Mutationes*, quot sunt *HORÆ*, ab Orbe Condito, usque ad *Diem XII. Octobris* (quo facta est *IMPERATORIA ELECTIO* Augustissimi *CAROLI*) *Anni currentis* M DCC XI. En *Oraculum CAROLINUM Hispanico-Austriacum*, mirabiliter retrogradum!

I AXE VENIS, ET NON SIDIS; NON TE SINE VEXA!
 II, DE REGE LEGE; NON EGE: LEGE REDDI!

INTERPRETATIO ORACULI METRICA,

ad meliorem *Sensus interioris atque purioris* expressionem, simplicissimè concepta, & ad majorem *LAUDIS NOMINIS* que *CARO- LINI* illustrationem, cum *Eruditis*, tum *Seculi profanis*, tum *futurei*, officialissime communicata, omnique *Posteritati* commendata.

Axe venis, CÆSAR, REX, DUX Illustris! *Aveto!*
Non sidis, HEROS! sed perfas semper in armis;
TE sine nil quidquam egregii perficimus unquam.
Vexa nunc Gallos! *FELIX ROMANUS ACHILLES!*
I! de Rege LOVIS lege D'OR vel millia mille!
Nulla ege rebus! Circumstet Copia Retum!
Lege redi PACIS! Legem præscribe Tyranno!

* * *

TRIAS

* * *

TRIAS EMBLEMATICA, CYCLICO-CABALISTICO-METRICA,
 describit *Fortunam & Gloriam FAMILIE AUSTRIACAE*. Numeri Cabalisticos Minores, quos, *compendii gratia*, Typis describi, non curavimus, continent Annum *INAUGURATIONIS CAROLINAE* M DCC XI. Temporis brevitate exclusis, *tres Icones Emblematicas* are sculptendi, adempta fuit facultas.

NB. *Hæc tria Emblemata Cabalistica efficiunt tres Circulos, quorum Exterior est Annus à Christo nato 1711. Interior vero Diameter est Memora Cabalistica 527, qui consistunt in voce VIVAT. Trigonum equi laterum complectitur *Ann. Astricæ*, de qua supra. Hi tres Circuli representant *Trifidam Hispano-Austriacum civissimam.**

EMBLEMA PRIMUM HISPANICO-AUSTRIACUM.

CEDRUS, cujus summum ferit Altra; *cum Lemmate: INTER SIDERA CAPUT.*

Grande geris, CÆSAR, REX, DUX! pro Culmine Munus;
 Altraque, *ceu CEDRUS*, vertice cellâ feris.

TU Patriam magnam facis, & TE Patria magni:

Quod par, *quodque potest*, PATRIA, TUque facis.

EMBLEMA SECUNDUM.

AQUILA, in altissima Rupe; *cum Lemmate: SEMPER INCOLIT ALTA.*

Incolit excelsas Rupes *JOVIS* Aliger; altis
 ima *Solique* oculis suspicit atque Sali:

Hac cernendi acie CAROLUS est præditus Æquus;

Imperii, *ex aquo*, summa, vel ima, notat.

EMBLEMA TERTIUM.

LEO, suos defendens custodiensque Scymnos; *cum Lemmate: CUSTODIT & VINCIT.*

Quadrupedem Leo, Rex, animoso robore pugnat,

Pro Scymnis, proque his ultima fata subit;

Pro Patria pugnare, Decus; defendere Crues;

Fas est; atque bonum, *vincere quoque malos.*

* * *

TRIAS CABALISTICA, TRIGONOMETRICO-CHRONOLOGICO-PROGRAMMATICA,
 describit *STATUS S. R. IMPERII PRIMARIOS*, qui, in *inauguratione Carolina*, summam testantur *Le-titiam*. In *Numeris Cabalisticis Majoribus* comprehenditur Annus præfens reparatæ Salutis M DCC XI.
 Hæc tres Cabalæ, in formam *Trianguli* conjunctæ, reddunt *Trigonum æquilaterum*, cujus *quælibet Linea* continet Annum à *Nativitate Christi* 1711. Hic Numerus *repletus* facit *Summam* 513; addito *Perpendiculo*, h. e. *Número Cabalistico* 527, quæ est in voce *VIVAT*, emergit *Annus* ab *Orbe condito* 5660. En *Triadem Cabalisticam Trigonometricam!*

IMPERATORI ROMANO.

444 268 228 181 490
 CAROLUS. MAGNUS. REGNAT. VINCIT. TRIUMPHAT.

S. R. IMPERII ELECTORIBUS.

352 358 49 369 132 450
 PRINCIPES. ELECTORES. IN. QUIETE. FELICES. GUBERNANT.

S. R. IMPERII PRINCIPIBUS.

302 105 352 202 37 24 166 274 248
 DUCES. ET. PRINCIPES. IMPERII. LEGE. FIDE. AMORE. TIMORE. REGNANT.

* * *

ÆNIGMA CAROLINUM, HISPANICO-AUSTRIACUM,

continet, in *Numeris Romanis*, Annum à *Nato Christo* M DCC XI.

Cujus Numerus 1540. *Superior*, cum *inferiore* 166. multiplicatus,

indicat Numerum *HORARUM*, à *Reignatione CAROLI V. usque ad Electionem*

inauguralem CAROLI SEXTI, Imperatoris *Augustissimi*.

En Ænigma civissimum!

rrIMVs erat qVIntVs; qVI tertIVs, orDine seXtIVs:

sCeptra resignAVit, Io! rrior; Io! ALter Vlt.

* * *

LECTORI CANDIDO.

Plura quidem *Poëtica & Mathematica* exhibere *Artificia*, haud sane fuisset difficile, nec forte inutile; sed, quia *modus est helenus*, observandaque *Numerus, Fonus, & Mensura*, sinen hac vice imponimus; cætera in posterum; *fancius inter STATUS EUROPEOS* Paes, referantur. Rubrica *TRACTATUS* est *TEMPLUM PACIS*, &c.

Hæc *METHODUS* scribendi & *dividendi EPICGRAPHICA* *provisum* *difficile* *Erudito*; *delicatus*, *sua* *cum* *multis* *aliis* *TRACTATIBUS*, *cum* *de* *scribendis*, *cum* *fructu* *secundæ* *(quorum* *præcipui* *sunt* *(1) Arcana Physica, (2) Arcana Politica, (3) Memorabilia Historica, (4) Memorabilia Geographica*) *publicam* *in* *licent*, *DILES*, *in* *onomi* *Schilii*, *GENEBRILIS* *Inscriptionum* *Philosophicarum*, *Metædæ*, *rur*, *Juridicarum*, *atque* *Theologiarum*. Vale, *LECTOR CANDIDE!* & *Studii* *Laboremque* *nostris* *fave!*

* * *

TEM.



TEMPLUM HONORIS & VIRTUTIS

EXSTRUCTURO idem evenit GOEPELIO,

quod fulgentissimum intuentibus *Macrocosmi Solem*, Principem Mundi ac Monarcham, dum, nimia spectantibus Splendoris claritate, Oculorum acies perstringitur:

Ita quoque, nimio Rerum Verborumque pondere GOEPELLI ausus & conatus debilitatur; AUGUSTISSIMAM MAJESTATEM, CELSITUDINEM, INDOLEM ac VIRTUTEM tenuissimo Eloquentiae Romanae Characterè exaraturi:

Ingenii namque Acies bebescit, Stylus titubat, Verba & Realia resuginat; objecta repellit inquirentem Veneratio, concitui animum Argumenti difficultas, deterrere Caesarea & Regia Majestas; Mentem Virtutis confundit iniustata Sublimitas, solida perstringit insolitarum Laudum Claritas.

Hisce non obstantibus obitaculis,

NOMEN, LAUDEM, HONOREM, GLORIAM, FAMAMque CAROLINAM, humillima mea devotissimaeque Mula Mariana,

in ATHENAEO, quod est Ihenaci à me novissime exstructum, MARIANO, quo in loco Basilica Mariana, DIVE MARIE, Virgini Desipere, dicata & sacrata, (de cuius DISCIPLINA atque METHODO, anno jam corrente, integrum in lucem edidi Tractatum) pio ausu, ac felici plausu, omine & nomine non vano, pro viribus, ad caelestia fert Sidera.

Sin autem Calamum minus potest TANTARUM MOMENTA RERUM tractare & regere Mariannae:

MARIANA tamen devotissima, uti spero & confido, non displicebit PIETAS.

CÆSARI digne SOLI. PRINCEPS similis SOLI

Austriaci Pupilla SOLI, me spernere NOLI!

Quæ vel ad Astra POLI TE fert, ignoscito NOLI.

Ingeniū PROLI, qua jam servis Tibi SOLI.

* * *

TEMPLUM heic exstruo Augustum, DIVO PRINCIPI, & Augustissimo Heroi, SACRUM HISPANICO-AUSTRIACUM, AUSTRIACO-GERMANICUM, GERMANICO-ROMANUM;

Templum mole exiguum & eximium:

Exiguum, si respicias Architectum; si CÆSAREM, Eximium.

Templum Honoris & Virtutis Carolinum;

non quidem illud antiquissimum Romanum, sed novissimum Hispanico-Austriacum, Sævi Columnæ, Pietatis, Justitiæ, Fortitudinis, Prudentiæ, Clementiæ, Temperantiæque Augustissimum atque Illustrissimum.

Progenita Divorum Throno SAPIENTIA, Domum, sibi magnificam structura,

Septem Columnas, Aeternitatis Marmore, præcisas, in sempiternum Suis erexit Monumentum;

Nos verò numerum sequuti SENARUM CAROLI SEXTI, SEX eximium Columnas;

quæ & nostris sufficiunt Officia, & Meritis satisfaciunt Austriacos.

Templa autem dicari DIVIS, non est exoletum:

Id à NINO didicid antiqua PRIMEVORUM PATRUM superstitiosa Prosapia;

à JANO verò, religioso Deorum Cultore & Fautore, vetus Aboriginum Antiquitas.

Hinc Diis Deabusque passim crecta & exstructa sunt Tempa & Altaria:

Themidi & Astræ, à Thebesiensibus in Boeotia;

in Macedonia Minerva; soli ad Eridanum. Theci ad Oceanum;

Isidi Templum posuerunt Matragyrtæ, Rhea Corybantes.

Jano verò, primo Latinorum Regi, Templum dedicavit Romulus;

Jovi Inventori Hercules; Satori seu Feretro, in Capitolio, Romani Triumphatores;

Illio Numa Pompilius, Latiali Tarquinius Priscus, Capitolino Tarquinius Superbus;

Ullori Agrippa, Castodi Domicianus, Olympico Urbs Elis in Arcadia.

Sic quoque JUNONI *Lucina* ac *Pronuba* Templum Servius dicavit Tullius,
 JUNONI *Sororia* Horatius, *Regina* Camillus;
Februata, Sospita, Jaga, Caprotina, Interdica, Domiduca, Verticordia, Iluxia, Opigena, Victrix, Genitrix Roma & Italia;
Paphia, Cnidia, Cytherea, Aferca, Acidalia, Idalia, Salamitina, Libentina, Libibina GRÆCIA;
Tullia, Segia, Stagesia, Hippone, Bubone, Melone, Feronia, Collina, Rurina, Satina, Vallonia, Germanica, Gallia, Hispania.

MAJESTATIS CAROLINE subjectissimus Ego infimisque Servus
 Templum Nominis, Laudis, Honoris, Gloriæque Carolinæ Splendidissimum,
 Virtutum excellissimarum Decoribus adornatum,
 devotis votis devotè erigo & exstruo;

idque, pro mea Tenuitate, CAROLO, IMPERATORI AUGUSTISSIMO, humillimè dico, atque dedico.

TE enim, Augustissime IMPERATOR! Sospires inter Germanicæ DIVOS,

TE, inquam, non minus, quàm vetus Roma JOVEM,

CAROLUM SEXTUM,

Patriæ Patrem, Propugnatores, Tutorem, Conservatorem Maximum,
 universa veneratur, & venerabitur, *Germania, Hispania, Italia, Hungaria, Bohemia;*
 universa admiratur, & admirabitur, *Europa, Asia, Africa, America.*

TEMPLUM ergo exstruo AUGUSTUM,

non quidem è *Marmore Carysio*, vel *Saxo Tyburino*;

neque ex *Ære Corinthia*, neque pretiosa *Auri Argentivæ Minera*;

non, inquam, ex Regno *Minerali*, sed *Minerali*; viliori sanè *Charactere*, rudique *Minerva*.

Templum exstruo IMPERATORIARUM LAUDUM ac VIRTUTUM Excellissimum
 CAROLI PII, FELICIS, VICTORIS & TRIUMPHATORIS GLORIOSISSIMI,
 qui, DEO duce, VIRTUTE divitice, FORTUNA comite, POPULO complaudente,

non pauca, in *Europa & America*, Regnorum invenit *Diademata*,

nil *timidi*, nil *lunidi* gerens; in *fastigio*, circa *fastium*;

Pietatis, Justitiæ, Fortitudinis, Prudentiæ, Clementiæ atque Temperantiæ Titulo insignis.
 Quapropter in tanta Virtutum Excellissimarum copia,

non Domum ac Familiam Austriacam, sed Virtutem atque Majestatem Carolinam;

non Genus ac Prosapiam Heroum Austriacorum, sed Decus & Nomen Carolinam;

non quidem plumis floribusque alienis, sed propriis Encomiis, Elogiis, & Laudibus,
 imparibus licet verbis & epithetis, suscipio exornandum.

Neque enim memoraturus sum MAJORES CAROLI Augustissimi Gloriosissimos:

RUDOLPHUM I. Hapsburgicum, *Resauratorem Germanicæ, & Conductorem Iovum Austriacæ.*

Neque illustraturus MAXIMILIANUM I. *Archicem Conjunctionis Austriacæ, Burgundicæ & Belgicæ.*

Neque PHILIPPUM I. *Caroli V. & Ferdinandi I. Patrem, Felicissimum Archiepiscopum Potentissimum Hispanicæ.*

Neque laudibus celebraturus CAROLUM V. in *Triumpho & Victoriis, Plus Ultra, h. e. ad Sidera tendentem.*

Neque efferam elogis FERDINANDUM I. *Justitiæ & Æquitatis acerrimum Propugnatores.*

Neque exornabo FERDINANDUM II. *Proavum, qui spem locavit suam in Divina Providentia.*

Neque prædicabo FERDINANDUM III. *Acum, Pietate & Justitiâ insignentem.*

Neque extollam LEOPOLDUM I. *Patrem, invictæ Pietatis & Virtutis, Consilii & Industriæ, Imperatorem.*

Neque eveham JOSEPHUM I. *Fratrem, Amoris & Timoris titulo Inclutissimum Cæsarem.*

Quorum Heroum Austriacorum omnium & Laudem & Famam, omnis colet, & admirabitur, Posteritas;

quum *Ilorum & Bello, & Pace, Res, præclare fortiterque gestæ,*

in Amplissimo Aternitatis Theatro *Gloriam* sint nacti sempiternam.

Laudibus, Elogiis, Encomiis, & Tullis celebraturus sum CAROLUM, Imperatorem & Regem Augustissimum.

COLUMNA I. PIETAS.

FORTUNATAM prædico GERMANIAM,

quæ ex *STIRPIS* protulit *AUSTRIACA* CAROLUM, IMPERATOREM Augustissimum,

quæ tantum suo complexa *Gremio* Heroem atque Principem;

non *Alumnium* atque *Filium*, sed *OPTIMUM PATRIÆ NUTRITOREM* ac *PARENTEM.*

SUMMI Divina NUMINIS Providentia, magnis, constituit, nostra *reventibus* insignire *tempore*,

quorum *expectationi* Augustum *tanti Herois* suppeditavit *Regimen*:

Summi namque Regis Principisque fors est, in excellissima quæque & tendere, & sufficere.

Sic CAROLO Austriaco *immensa vis Ingenii* à *benefica tributa est Natura*,

atque supervecta *Vulgi intelligentiæ Sublimitas*, vix penetranda *Sapientibus*.

Neque enim, vigente *ineuntis Adolescentiæ flore*,

Orium, magnis *divinisque* Mentibus *Ignotum*, maculam Ejus corrupit *Indolem*;

neque *languida Corporis Voluptas Animi Roborem* emollit *excelli*;

nec *virilem, ante amorem*, Fortitudinem *blanda Mortalium* perfregit *indulgentia*;

sed *exercitio*, tum *Minerali*, tum quoque *Martiali*, aliisque *Studiis*, tanto Principe dignissimis,

quibus tam *Corporis*, quàm *Animi*, roboravit *vires*,

Austriaco-Hispanicis prætulit *Victoriis*, & *Germanicis Trophæis* & Elogiis;

Firmi.

futurosque suos magno mensuravit ausu Triumphos.
Firmitas namque salubritasque Corporis, dignitas Oris, robor Membrorum, & virilis habitudo,
magnum in Adolefcentia ostendebant Heroem atque Principem.
At, quoniam recensitas illas Qualitates CAROLUS cum multis obtinet Heroibus communes,
tales duntaxat hoc loco celebrandæ ac laudandæ veniunt Virtutes,
quæ Laudem Gloriamque CAROLO perpetere propriam;
quas inter, eminet omnis Virtutis Fundamentum, ac Vitæ Cynosura, PIETAS.

De Pietate Divus ita disserit *Androsus*:

Pietas amica est Parentibus, grata Deo, & utilis Homini;

Iustum est tribunal, egenorum portus, suffragium miserorum, peccatorum indulgentia.

Pietatem igitur confitituo Epigrammatis mei *Mariani* felicissimum auspicium;
quia est Fundamentum Carolinarum Virtutum unicum & solidum.

Quis ignorat, quisve dabitur,

Pietatem esse divinam Politicæ & Status Publici imaginem?

firmissimum Imperii Fulcrum, Civitatis Fundamentum, Principum Regumque Ornamentum?
JACOBUS I. Magnæ Britannicæ Rex Sapientissimus, in Institutione Regiæ, in hæc erumpit verba:

Quænamodum indignus omni est Imperio judicandus, qui nescit cobibere Passiones:
ita neque dignus quicumque est censendus, qui Genem gubernat Christianam, Pietatæ & Religionis experte.

Experientia discimus Magistræ, freno facti equum, navemque regi gubernaculo:
sic à Principe, sive bono, sive malo, tota velut circumagitur & sicitur Respublica.

Nam, si Deum Principes adorant, omnes Deum adorant; si Deo illi serviunt, cuncti Deo servantur;
Contra, Deum si contumelia adficiunt, universi Deum contumelia adficiunt.

Fieri namque nulla potest ratione, ut alios producat arbor fructus, quam qui succo flos in conformes.
Laude quidem digni sunt PRINCIPES, in victu sobrii, in sumtu moderati;

conservandæ Pacis studiosi, in servandis Fœderibus fideles, in administranda Justitia solertes;

hoc tamen unicum summam merebitur reprehensionem, si sint in colendo Deo negligentes.

Lycurgus, Rex Spartanorum inclutissimus, inter cæteras, hæc quoque tulit Legem:

Neminis, à Principe non pio, fas esto, accipere beneficia.

Quidquid, innuens, ab hominibus, non Deus, proficitur bonorum, id esse minime fructuosum.

Tanta in Imperiis atque Rebus publicis vis est Pietatis & Religionis,

ut, illa sine, omnia, quibus Humana fulciuntur Actiones, fluxa sint, & mutila.

Quid, quæso, potest esse plium, quod non justum; quid justum, quod non pium?

Diligere Pietatem, Justitia est; diligere Justitiam, Pietas.

Vana sunt Judicia, inania Prætoria, impieque Curiae, absente Pietate.

Nec ulla valor Virtus, sine Pietate; quia Pius omnium est Virtutum mater.

Multa quidem multi de vera jactant PIETATE & VIRTUTE, pietatis pariter expertes, & virtutis;

sed vana est jactantia, dum est PIETAS in ore, impietas in corde;

Non sanè prociacitate Lingua sordes eluuntur vitæ!

De Pietate dicere, aut scribere, est facile; sed facere & præfere, est difficile.

Quapropter ita est vivendum, ut quilibet Virtutis sit Exemplum, & Pietatis documentum!

PIETAS igitur est firmissimum Regnorum & Rerump. Fulcrum:

Unde sanctis PLATONIS SANCTIONIBUS est cautum,
Ne quisquam ad Imperii Judiciumque admittatur Gubernacula, qui non existisset Pius.

Quin imo, Sacra etiam Scriptura adserente, Religio & Pietas

primus est Imperii ornatus, & scopus; & proventus.

In id ergo potissimum Principes incumbant, idque in primis diligenter student,

huc omnes cogitationes unice maximeque dirigant,

ut Pietate & Religione suam firmen exornentque dirigant,

cultuque, tam interno, quam externo, individuum Pietate venerentur Trinitatem:

Hæc enim ratione suos adducunt subditos ad Pietatem & Virtutem.

Immortalem Pietatis laudem, THEODOSIUS II. IMPERATOR, in omnem extendit Posteritatem,
quod *Aulani* inscribitur *Cæsarem*, veluti quandam Pietatis Scholam.

Omito TIBERIUM II. sub JUSTINO II. excubitorum comitem,

qui, ob summam, quam coluit, Pietatem, à JUSTINO, declaratus est Imperii Successor.

Hæc ratione Imperia terrarum frenant Principes, Reges & Monarchæ,

hisce in terris, SUMMINUMINIS existunt Vicarii & Filii,

sincero Pietatis ardore ac amore inflammati & succensi.

CAROLUS IMPERATOR AUGUSTISSIMUS

sincero ardore ac amore vera & infusitate Pietatis ita inflammatus & succensus,
ut una Pietatis & Religionis cura, cætera amoverit, aut postposuerit, Negotia;

& constans semper, Suique similis, ubique permanerit Pius.

Quis ignorat, qua erga Deum mente CAROLUS ab ineunte sæse gesserit arate?
qua LEOPOLDUM Patrem, & AUGUSTAM Matrem, coluerit CAROLUS Pietate?

qua

qua Fratrem Augustissimum, Serenissimas Sorores, & Augustam Conjugem, dilexerit Virtute?
 quo Ille animo Regnum Governacula direxerit, Justitiamque omnibus, ex quo, administraverit
Pietate CAROLUS Trimum conciliat JEHOVAM, Pietate Religionem colit Christianam
Pietate fovet Sociorum Focera, & Toedatorum servat Amicitiam;
Pietate justum gerit bellum, Pietate optatam init pacem, Pietate Imperium regit Romanorum.
Pietas est Cynosura Negotiorum; & Actionum Carolinarum Regula est Pietas.
 Ne autem, in immenso Pietatis campo, audacius licentiusque evager,
 uti olim indutrios quidam Piclor, quod penicillo exprimi posse, desperabat, atro umbra bravit velo!
 ita Ego singula Carolinae Pietatis Specimina, omni sublimiora laude & encomio,
 religioso humillimè veneror silentio.

COLUMNÆ II. JUSTITIA

Quid dicam de CAROLI Justitia?

qua de merito dicitur & scribitur?

Est Pietas basis una, Thronum quae firmat & ornat;

Adjice Justitiam, & toto nil clarius orbe est.

Divus hanc in rem *Coryssionas*:

Nec Pietas sine Justitia est, nec sine Pietate Justitia;

imò, sine Bonitate non habetur Aequitas, nec sine Aequitate Bonitas.

Aequitas, sine Bonitate, savitia est; & Justitia, sine Pietate, crudelitas.

HOMERUS, qui, magnitudine operis, & fulgore carminis, solus adpellari meruit *Poëta;*

non quidem *Natura*, qua sunt praediti, ratione; sed, propter officium, quod administrant *Justitia*

PLATO, Divinus ille & incomparabilis Philosophus *Gentilis;*

Magnum, dicit, esse donum, ut, quem valde fragiles & imbecilles sint Morales, gubernarentur Justitia.

In Legibus, Aegyptiis à Prometheo latis, inter alias, hanc quoque esse, perhibent *Annales*:

Principes arma non gestant Injustitia.

Regis & Principis, Aequitatis ac Justitiae amantis, AUGUSTUM est officium:

Bonum defendere commune, innocentium suscipere Patrocinium, saltem procurare civium,

Sulcare & ignovantes, corrigere culpatores, juvare orphanos, benefacere pauperibus,

evacare avaros, deprimere superbos, honorare virtuosos.

Quando igitur Justitiae Praefecti, non ex *Conscientiae* Dilectione, sed interventu Pretii, constituuntur in Rep-

maxima, in Curis & Praetoriis, oriuntur Vitia, & committuntur enormia Flagitia;

gravissima quoque nascuntur *Exaltationes*, & *Exaltationes* subditorum intolerabiles.

Non sane, in Rep. bene constituta, constituenda sunt *Publica* Officia;

per Casus *Obligatio*, i. e. *Genitivum & Dativum*; sed *Relatio*, i. e. *Nominativum & Vocativum*. De, quibus alias

JUSTINIANUS Imperator, DEO & JUSTITIA, inquit, nil existit majus.

Ideoque qui facta tecta desiderat Regnum & Principatum Regnum,

eorumque incoluntatem, tranquillitatem ac salutem, in feram Posteritatem, cupit derivatam,

illum certam oportet Justitiae designare sedem, ad *Esuque* omnia dirigere amulum.

Unde PHILIPPUS, Macedonum Rex, ALEXANDRI M. Pater,

Mulieri cuidam, *utrum sibi diceret, petenti, non vocari sibi, respondens,*

vituperii & responsi, à Muliere, accepisse, fertur:

Ergo ne Rex quidem es dicendus, sibi non vocat, administrare miseris Justitiam.

Justitia vero, desinente Triboniano, est *consensu & perpetua voluntas, summi Cuique tribuendi.*

AR hoc Justitiae definitio, in eo quidem iudicio, est injusta ac insipida:

Est enim Justitia *veniquam voluntas theoretica, sed alius proarctius & practicus summi Cuique tribuendi.*

Hic tribuendi modus est vel *Geometricus*, vel *Arithmeticus*, in omnibus negotiis.

Proprio *Geometrico* observatur in *Justitia Distributiva*, quae *Grego* vocatur *Arithmetica;*

Proprio *Arithmetico* observatur in *Justitia Commutativa*, quae alibi dicitur *Equitativa;*

Quanta est differentia, inter *voluntatem*, & *Actum* proarcticum!

Justi non dicuntur, qui tantum volunt tribuere *Justitiam*; sed qui actu tribuunt *Justitiam,*

Quantum est discrimen inter *Habitus*, & *Actum!*

Vicinam id expendere *Juri & Politico*, qui ad *Clavum* sedent *Imperii, & Governacula* *Judicii!*

Si esset *Justitia* in *Summis* *Dicasteriis*, tantum non *esset* *Injustitia*; in *Praetoriis*, *Curis*, *Subsellis*,

Imperatoriis, *Regibus*, *Principibusque* *competit*, suis in *Regibus & Provinciis*, ita *disponere* *Dicasteria & Subsellis,*

ut omnibus & singulis, ex *aequo*, tum *Geometrico*, tum quoque *Arithmetico*, administraretur *Justitia.*

Justitia autem est vel *Universalis*, vel *Particularis*:

De *Particulari* *Justitia* iam aliquid monuimus, de *Universali* non nihil heic monebimus.

Justitia *Universalis* est complexus omnium *Virtutum.*

Hæc est *Virtus* *Divina & Heroica*, quae *humanam* superat *Naturam;*

à qua, seu *fontes*, *Regia* exorta est *Potestas;*

à qua

à qua, *æu radice*, exsistere Principes & Proceres;
 à qua prima Nobilitatis *Togate*, & *Sagæ*, nata sunt Principia.
 Qui *Justitiæ* Universalis antiquitus fuit clarissimus præstantia, is factus est Divinus,
 inque numerum immortalium relatus est Deorum.
 Nullam igitur *Virtutis* laudem esse, constat, *Laude Justitiæ*, *illustriorem*;
 quod relique Virtutes omnes nullam habent laudem, neque ullam obtinent commendationem,
 si non sint perpetuo cum *Justitiâ* conjunctæ;

Justitiâ verò, à reliquis *Virtutibus* sejuncta, suam semper retinet dignitatem & splendorem.
 Ex quo intelligitur, nullam esse viam, *Justitiæ* viam, ad amplificandam *Laudem*, certiore
 nullum esse medium, ad consequendum augendumque *Honorem*, efficacius & melius.

Redeamus ad CAROLUM Imperatorem & Regem Augustissimum:
 Quam æquissimus ille *Justitiæ* sit administrator, *justissima* testantur acquisitimaque facta.

Tanta namque cura *Cuique Suum* tribuit Monarcha,
 ut *Religione* superos, *Pietate* inferos, *Clementia* subditos, *Liberalitate* indigos,
Benevolentia, *Veritate* & *Candore*, universos *fieri* emeritos.

O suavissima *Pietatis* comes *Justitiâ*!

Per te viget *Æquitas*, exulat *Iniquitas*, regnat *Tranquillitas*.

O *Justitiæ* Tribunal excellissimum, CAROLE IMPERATORI O *Augustissimum*, *Pietatis* *Discastorium*!

Tu *Religiosis* & *Pietatis* *ARA*, *Consilii* *Oraculum*, *Prudentiæ* *Delubrum*!

Tu *Fortitudinis* *Sedes*, *Temperantiæ* *Domicilium*, *Mansuetudinis* *Sacrarium*!

Tu *omnis* *Moderationis* atque *Moderatitatis* *Templum*,

Tu *Virtutum* *omnium* *Theatrum* es *excandans*.

O felicissimum Imperium Romanum, tanto Imperatore dignissimum!

O beatissimam Germaniam, tanto Rege & Principe dignissimam!

O felicissimum Imperatorem, Regem, & Principem, tanto Imperio Regnoque dignissimum!

Optare posuisti ruinam, GERMANIA! ut tanto restaureris Auctore;

desiderare contumeliam, ut tanto illustreris Principe;

expetere ab aliis injuriam, ut ab omnibus tanto honoreris Imperatore;

velle pernicium acriteritum, ut CAROLUS, *Justitiâ* Inclitissimus, majorem ageret Triumphum,

qui Auctor tibi est, & Parens, & Conditor Sempet Augustissimus.

En CAROLUM AUSTRIACUM *Justissimum*, *Æquissimum*, *Piissimum*!

COLUMNA III. FORTITUDO.

Monumentis tantæ dum colligo *Justitiæ* *Carolina*,

Caroline meis oberrant oculis *Heroicæ* innumera pene *Symbola* *Fortitudinis*,

Divæ hæc de *Virtute* *Augustissimæ*;

Hæc est vera *Fortitudo*, que sola *Virtutum* defendit ornamenta, custoditque *Justitiam*;

que pugnat adversus voluptates, passiones & libidines;

inviçta ad labores, fortis ad pericula.

Hæc fugit avaritiam, tanquam labem, omnem que effoeminat *Virtutem*.

Divinus ille Plato, veneranda quem *Antiquitas* *Philosophorum* appellavit *Dracem*,

præcipuum maximumque Principis consistere duobus, statuit, *Officium*;

LEGIBUS & ARMIS.

Legibus quidem, ut in officio continentur *Boni*, à Rep. arceantur *Mali*;

nec non condignis adstantur honoribus præmiisque *boni Meriti*;

Armis vero, ut tum *Civitas* & *Patria*, tum *universa* *omnium* *Salus* & *Tranquillitas*;

ab hostium, cum externorum, cum internorum, defendatur *injuria*.

Omnibus hinc manifestum est *Politici*,

Justitiæ *Fortitudinem*, cen alteram *Reip. Columnam*, in Principe esse conjungendam;

Quis enim fortis judicatur Princeps, qui non deprehenditur *justissimus*?

quis censetur *justus*, qui non est *fortissimus*?

Hæc de causa LEO I. Imperator, quom omnia non ignoraret momenta *Reipublicæ*,

in excellenti posita *Regis*, aut *Principis*, *imagine*;

talem, inter alia, esse voluit, & operabat *Principem*,

qui, *Actus* in *Causis*, *puro* atque *justo*, *magis* in *Negotiis* *constans* & *assiduus*, in *Arvis* *arduis* que *fortis* & *egregius*;

qui, si periculum præ foribus, *consisteret* *inviçta* & *magnanimus*;

qui, si aliquid fortiter agendum, se ostendere *indubitatum*;

qui, si quidquam providendum, *improvisum* haberet *consilium*;

qui, si quid operandum, *expedita* *utereur* *celeritate*.

Talis dici, & esse, debet Princeps, ad exemplum *Julii* *Cæsaris*, *fortissimæ* *Herois*,

qui in foro *fuit* *justus*, & (si *Tranquillo* credimus) *laboris* *ultra* *fidem* *patiens*;

qui in *agmine* *nonnunquam* *equo*, *capite* *detecto*, *sive* *al*, *sive* *imber*.

& quidem, quod magis est mirandum, *capite* *detecto*, *sive* *al*, *sive* *imber*.

Quid dicemus de CAROLO, Imperatore Augultissimo?
 iustitia is vincit Leonem Imperatorem, Fortitudine ALEXANDRUM M. Laboris patientia Cæsarem fortissimum.

Tot sunt Fortitudinis in CAROLO Insignia, fortibus ad imitationem posita;
 tot bellicæ Virtutis Tabulae, ad admirationem Mortalium adixæ;
 tot Laudum Vexilla, ad sempiternam Gloriam pendentiæ;
 tot Magnanimitatis Simulacra, ad Immortalitatis Templum tendentiæ;
 tot Heroicæ Virtutis Symbola, adamantino Aternitatis stylo adnotata;
 tot invictissimi Roboris Trophæa, omni immortalitate ac æternitate dignissima!

Annalæ, & Historiarum Monumenta, vix loquuntur similia.

Quid, obsecro, ad æternam Posteritatis memoriam præstantius? quid sublimius? quid dignius?

quam, mediæ inter acies, stare strenuam, invictum ac interritum,
 Virtutis & ignavia unius cuiusque fortem se præbere Arbitram;
 nunc dextrum, nunc laevum Cornu fortiter descendere;
 nunc festinanter fugientibus insistere, nunc parentibus constantè resistere;
 acies pugnando disturbatis prudenter restituere, ordinatas ad hostes acriter inducere;
 voce ac manu singulis adesse, universis consilio prodesse;
 hostem à nique præfigere, subjungere, & evertere?

Quid, inquam, rebus ita gestis, ad æternam Posteritatis memoriam, præstantius, sublimius, & dignius?
 Miratur & stupescit Europa, nihil tam potens, tamque munitum, quod Regiæ non cesserit Virtuti,

Veram igitur CAROLUS, noster Imperator, sectator Fortitudinem;
 quoniam non solum iusta trahat Arma, Bellumque gerit iustum,
 sed & iustam erga victos captosque adhibet temperiem.

Noster non ignorat Heros, magna in Fortuna, nihil esse rectum, nihil occultum & absconditum;
 ideoque se domi, sibi Pace, talem facit, qualem se foris, seu Bello, exhibet Mortalibus.

Etenim nil in Vultu fictum, in Oculis nil fallax;
 in Corpore nil asperum, nil in Animo superbum.

Nec enim, quod multi, simulatam, sed veram, amat Fortitudinem.

Neque vero ipse tantum amat & exercet Fortitudinem; sed & diligit Præfectos bellicos fortissimos;
 que s inter hodie iria excellunt Lumina Heroum splendidissima.

I. EUGENIUS, Princeps Sabaudicus, Vir, ætatis paternæque Virtutibus simillimus,
 cunctis, & Sæpi, & Toga, actibus sæculi sui eminentissimus,
 magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, & periculorum patientia, Heros illustrissimus.

II. MARLEBORUGIUS, Dux Anglicæ, ab Augustâ ANNA, Magnâ Britannia Regina, delegatus Heros,
 Vir animo super humanam Naturam, & Fidem, cœlestis, inter arma & studia versatus;

III. STAHPREBERGIUS, Comes Germanicus, Dux in Bellis Hispanicis fortissimus,
 qui, aut Corpus periculis, aut Animum exercitii laboribus, parens Regi, ad majora in dies vocantis;
 Ejuque consilia, Europæ salutaria, magno promovens ardore.

Prædictos tres Heroes Europæ non immerito, consensus, comparandos tribus quondam Heroibus Romanis:

Cajo Julio Cæsari, Cajo Octavio Augusto, & Scipioni Africano,
 propter armorum gloriam, & Heroici ingenii excellentiam.

Cæsar, Ollavii & Scipio, tum in Sægo, tum in Toga, Prudentissimi, ita se gessere in Imperio,
 Principes ut Romanam amarent Rem, & Resp. Romana tantos tantum non adoraret Principes.

Rarisimum profecto Annalium exemplum, ubi vel Unus omnium submissa satisfaciunt obsequia;
 vel omnibus Unius in Republica placet gubernatio!

Nec vero, aliam ob causam, Romani vitam Principibus precabantur longævissimam,
 quam quod, finito confectoque bello, in Rep. conservarent Pacem, civibusque redderent Salutem.

Quid beati, quidve fortunati, ista habeat Resp. quæ bellis est oppressa & adflicta?
 Atamè n paritur Pax Bello, Bellumque iustum judicatur causa optimæ dulcissimæque Pacis.

Optimus Trajanus optime dicere solebat: Justum bellum, suscepta pace, iuvit;
 Bellorum quidem magna sunt incommoda, pericula & damna, quorum recentur plurima:
 Debiliare & subjungere Regna, soliare Tempa, ambulare Scholæ, necare sexus utriusque homines,
 populari Regionem, desolare Urbem, æquare solo Arces, stagnare flumina & fontes,
 depraedari insontes, expellere pauperes, læcupletare Tyrannos, confirmare improbos,
 dilibrare amicos, excitare seditiones, innumeris creare viduas & orphanos, &c.

Quorum nihil fieri, sine maximo Iustitiæ & Pietatis detrimento, potest in Republica:
 Non nulla tamen ex periculoso nascuntur bello comoda, quorum sunt præcipua:

LIBERTAS & RELIGIO.

Platonis non displicet emunctioris nati Homibus sapientissimum illud Apophthegma:
 Non decet, nos esse nimios, in laudandis custodiendisque Pacem; aut immodicos, in vituperandis gerentibus Bellum.

Trajanus Imperator, inter alia, memoratu digna, hoc statuit verissimum Norma:
 Pacis tempore servissimè, in Belli, solent esse paratissimi.

Plurima quidem Negotia Civilia, vel eloquentiæ præstantia, vel industriæ conatu, vel adfentationis studio, vel etiam pecuniæ largitionis que inventu, conficiuntur quandoque felicissima.

At bellica Negotia, non in verborum sermone, sed in cruento hostium adgressu, sunt fortiter expedienda.

Non sane, aut *Tullius*, aut *Hortensius*, aut *Demosthenes*, aut *Isocrates*, aut ullus Oratorum alius, in gloriosissimis, *Ducibus* **EUGENIO & MARLEBORUGIO** Fortissimis, Præliis Gallico-Bavaricis, ad *Schellenbergam* & *Hochstadium*, (quibus & *Ego* non sine periculo interfui,) cruenissime gestis & transactis, Exercitiisque Bavarorum & Gallorum, ad interuentionem, vitium & deletis,

Victoriam & Lauream *Togatus* fuisse reportaturus;

Ubi enim plurimum verborum, ibi minimum est plerumque animorum.

Redeamus ad **CAROLUM** Fortissimum:

CAROLUS Romanorum Imperator, & Carolorum *Emulator*, omnes vincit, & *nostris*, & *præteriti* Seculi, *Hæres*, quibus, *sua* magnitudine, inducturus est caliginem.

Tantum enim *Carolina* potest *Virtus*, tantum *Fortitudo* *Ejus* *Heroica*, tantum quoque valer armis suffulta *Prudentia*, tantum *Indoles* *Cæsarea* *Augusta*, ut hostibus longe lateque suis gravissimum incutiat terrorem.

O maximum *Herorem*! O invictissimum *Imperatorem*!

qui *Europæ* adflicte sublevandæ novus existit, restititque, *Atlas*,

Tantum *Europæ* tempestatem, ab *Immortali* *Nomine*, fuisse, existimo, immissam, non minus ad amplificandam *CAROLI* *Fortunam* ac *Potentiam*, quam ad *Ejus* illustrandam *Laudem* atque *Gloriam*.

COLUMNÆ IV. PRUDENTIA.

CAROLI ad Semet jam vocat me **PRUDENTIA**.

Prudens Imperator est *Divinum* *Donum*, admirandum ac ineffabile *Dei* *Beneficium*.

Consistit autem vera Imperatoris *Prudentia* atque *Sapientia*, in sequentibus *Articulis*:

I. CHRISTIANO in *Deo* *Officio*, *II. Imperatorio* erga *Subditos* *Officio*.

Ratione *Officii* *CHRISTIANI*, talibus in primis *Disciplinis*, futurus est imbuedus *Imperator*, quæ ad veram *Viri* *Dii* perducunt *cognitionem*, *Suaque* *Ipsum* *contemplationem*,

Duplici huic *Scientiæ*, duplici quoque *nomine*, *Prudens* est obstrictus *Imperator*:

(1) quod *Homo* est creatus, ad *Imaginem* *Eterni* ac *Infiniti* *Dei*, *constans* atque *præditus*,
(a) *Corpore* *materiali*, *terrestri* atque *corruptibili*, quod, *medante* *Semine* *proposito*, *ortitur* *ex* *terra*, & *post* *separationem* *Animæ* *à* *Corpore*, *revertitur* *in* *terram*.

(2) *Vita*, seu *Anima* *Sensitiva*, *materiali* & *mortali*, quæ *originem* *habet* *ex* *Spiritu* *albero*; Hæc est illa *Homini* *pars*, quæ, *Spiritus* *meditantibus* *Naturæ* *libris*, *Pluralis* atque *Animabilis*, *Adflic* *tibus* *obnoxia*, à *Parentibus*, *per* *Præduces*, *Homini* *bus*, ut *Bellis*, *naturaliter* *ingentia*.

(3) *Anima* *Intelligibili*, *immateriali*, *immortali* & *incorruptibili*, seu *Spiritu* *Rationali*, qui est à *Deo*, & *habitat* *totus* *in* *toto* *Corpore*, ut *Deus* *Microcosmi*.

Hic duas habet *Facultates* seu *Potentias*, *Intellectum* & *Voluntatem*, quæ dirigunt *Humanas* *Actiones*; quarum fundamentum est *Liberrum* *Arbitrium*, non *Fatum* quoddam *Stoicum*.

(4) quod est *Imperator* *Semi-quasi* *Deus*, *DEI* in terra *VICARIUS*, *Tribunalis* *in* *fidens* *Divino*, aliisque *præfidens* *Dominus* *mortalibus*, à *Deo* *irrogatus*.

Tanto ergo magis, *gratissima* *animi* *significatione*, *DEO* *Imperator* *referat* *acceptum*, quanto in *sublimiorem* *Dignitatis* *Gradum*, & *Majestatis* *Culmen*, *præ* *cæteris*, *sublatus* & *euectus*, Hinc *Gradus* *Eminentis* non imminuit *atrocitatem* *delictorum*, nec *peccandi* *promovet* *licentiam*; sed, *maiores* *in* *modum*, *gravitatem* *auget* *peccatorum*:

nam, quo *cellior* *Personarum* *existimatur* *Dignitas*, eo *gravior* *delictorum* *est* *atrocitas*.

Respectu *Imperatoris* *Officii*, *omni* *in* *Negotio*, *Prudens* *Imperator* *servare* *debet* *Æquitatem* & *Justitiam*, quod duobus potest *modis* *institui*, dum *Imperatorio* *recte* *vult* *defungi* *Munere*:

(a) *Salutares* *Leges*, *Instituta* & *Edicta* *prudenter* *sunt* *serenda* & *condenda*; eaque, *debita* *justaque* *ratione*, *Executioni* *strictè* *demandanda*.

(b) *Imperatoris* *Vita* *viva* *esse* *debet* *Virtutis* & *Pietatis* *Schola*, *Gymnasium*, *Academia*:

nam ad *Principis* *Exemplar* *omnes* *se* *effingunt* & *efformant* *subditi*, *juxta* *illud* *Claudiani*:

Totus *componitur* *Orbis*

Regis *ad* *Exemplar*; *nec* *se* *inflectere* *Sensus*

Humanos *Edicta* *valent*, *ut* *Vita* *Regentis*.

Leges *vero*, quæ *sunt* *justa* *Regula* *Justitiæ*, & *rectum* *Testimonium* *bonæ* *Conscientiæ*, *condit* *Imperatoria* *Majestas*, *Universales*, *in* *Imperio*, *non* *cum* *Statibus* *Imperii*, *ad* *Imperii* *Salutem*;

Particulares, *in* *Imperio*, *non* *cum* *Statibus* *Imperii*, *ad* *Imperii* *Salutem*;

Particulares, *in* *Imperio*, *non* *cum* *Statibus* *Imperii*, *ad* *Imperii* *Salutem*;

Ferendæ *autem* *Leges* *versantur* *circa* *Negotia* *future*, *non* *præterita*; *non* *rara*, *sed* *frequentia*;

æque *complectuntur* *Possibilia* *naturaliter*, & *Possibilia* *moraliter*.

Hæc *Legum* *premissio* *cunctos* *obstringit* *Subditos*, *etiam* *invitos*, *tam* *ad* *Scientiam*, *quam* *ad* *Obedientiam*,

directè *in* *Foro* *Soli*; & *per* *consequentiam*, *in* *Foro* *Conscientiæ*, seu *Polli*.

Humana *ergentim* *non* *liberatur* *Conscientia*, *nisi* *Delinquens*, *sine* *dolo*, *Pœnæ* *se* *subjecerit* *Legis* *promulgatæ*, quæ *est* *aut* *Nullitatis*, *aut* *alia*, *vel* *cum*, *vel* *sine* *Nullitate* *actus* *definita*.

D

In

In his, quæ diximus, vera consistit Imperatoris Prudentia atque Sapientia!
 De Prudentia atque Sapientia ita prudentissimus sapientissimusque Romanorum Seneca:
Si Prudentiam amplecteris, ubique idem, Tibique similis, eris, prout verum ac temporum exigii varietas.
Si Prudens esse cupis, prospice futura, & quæ possunt contingere, tuo propere animo;
si tibi subitum sit, nihil improvisum, nihilque violentum.
 Prudens namque Animus dispensat temporibus, omnes vitæ actiones & negotia;
 (1) ordinando presentia, (2) providendo futura, (3) recordando præterita.
CICERO, imprudentissimus Prudentiæ Oeconomus, suum addit calculum:
In Prudentia, inquit, duo sunt præbe attendenda, eaque, ante omnia, menti stricte insigenda:
 (a) *Ne incognita baseas pro cognitis, iisque tenere adscitias, multo minus incognita pericias.*
 (b) *Ut futura fideliter prospicias, eaque prudenter animo proponas.*
 Has Regulas Prudentiæ, ut & superiora omnia, prudentissime custodit, observatque **CAROLUS**,
 qui Prudentiam atque Sapientiam æstimat & iudicat, ineffabile Dei beneficium.
 Hanc ob causam, **DAVID**, **SALOMONI** REGI, à DEO, hanc precatus est Virtutem:
Benignissimus det tibi Deus, inquit, Prudentiam atque Intellectum,
ut regere possis Israël, & JEHOVÆ servare & custodire Legem.
 Divina hac Virtute, ac Augusto Munere, plenissime instructum esse **CAROLUM**,
Germania testatur universa, & omnis testimonium perhibet Hispania.
 Aliorum **CAROLUS** infaniam sua corrigit Prudentia;
 aliorum ferociam sua mitigat Humanitate ac Clementia;
 aliorum temeritatem ac audaciam Ejus regunt Consilia, Instituta, & Præcepta;
 aliorum libidines Ejus frenat Continentia.
 Præter Principes ambitionis & superbia, ubi cerunt Humilitatem **CAROLI**;
 pudet crudelitatis & tyrannidis, quando **CAROLI** conspicunt Clementiam;
 pudet simulacris & mendaciis, si animadverunt Sinceritatem ac Veracitatem **CAROLI**.
 Militum ille suorum timorem emendat Fortitudine, desidiam corrigit Industria,
 illorum luxuriam sua tollit Temperantia, impatientiam illorum sua frenat Tolerantia.
 Noster ita Imperator, in Toga Sagaque, prudenter moderatur subditos & milites,
 ut, quum Fortissimus quisque illi Manum, Sapientissimus teneatur commodare Mentes,
 Bellum pariter, & Pacem, administret, tam auxilio, quam consilio.
 Non ignorat Indolentissimus Prudentissimusque Princeps,
 Regno ac Imperio certissimam imminere ruinam ac interitum,
 ubi in Capite, tanquam Regni Imperique Arce, sana deficit Prudentia.
 Opes, Arces, Exercitus, & Classes, inania ex linguaque sunt, & adpellantur Corpora,
 Venti, Arteritis, & Nervis, cunctisque Visceribus & Inerptis Astutia,
 si Nobilissima, Princeps Humanarum Actionum, destituit Prudentia.
 Tanta, in **CAROLO**, reliquarum omnium Virtutum dux & moderatrix, est Prudentia,
 ut, illa dante, regat & gubernet, domi forisque, omnia Negotia.
 Quemadmodum augusta excelsi Animi Provisio, sui cætera Regiminis, planissime cognoscit:
 Ministrorum ita indolem suorum, ejusdemque indolis virtutes atque vitia, plenissime perspicit,
 atque præcendens elatioribus degenerandi occasiones felicissime admittit,
 nec non, in obsequiorum promptitudine, rectoris Animi alacritatem clementissime dirigit,
 Neque id efficit, quod vulgaria & humilia Ingenia,
 quæ, quidquid, vel culpa aliorum, vel securitate contingit impiorum, fatuo tribuunt Stoicorum Fato.
 Nec vividos **CAROLUS** ingentesque Ingenuorum Spiritus in servilem deprimit ignaviam,
 nec vegetam consiliorum saniorum promptitudinem pervertit in stuporem;
 sed alit, nutrit, extollitque ingenuos Ingenuorum animos.
 Dignis attollere præmiis eminentem, gestis, indolem; non contundere, presentis, tenuem ac humilem,
 Hic est Divinus ille, & humanam supra sortem evectus, Heroicus Character,
 quem in Cajo **JULIO**, quem in Octavio **AUGUSTO**, deprehendunt sagacia Ingenia.
 Prudentiam Heroicam, Divinamque Indolem, **CAROLUS**, ex quodam quasi cælo, Heroicam Mentium,
 mortalibus præbet intuendam & conficiendam;
 mea quam Modestia, & objecta Veneratio, humillime considerat,
 non vero, pro Objecti Dignitate & Sublimitate, Orbi Literato, officiose manifestat:
 Tantæ enim Heroicæ Prudentiæ celebrandæ & deprecandæ mea non sufficit Tenuitas;
 quoniam immensa est, & summa, Carolina Prudentiæ Sublimitas & Dignitas.
 Prudentiæ servit Carolina, Nature Artisque beneficio, magnarum Rerum capax & promptissima Memoria,
 quam ille Studiis, in primis Liberalibus, ac deinde Historiarum Lectionibus,
 tum ipsa quoque Rerum Experientia, variorumque Eventuum roboravit recordatione.
 Accedit felicissimum Ingenium, & acutissimum Judicium,
 quod Regiarum, h. e. excelsissimarum, Rerum, quarum meminisset, Copiam,
 tanquam prægratum ore cibum, ab idonea excipit Memoria;
 easque Res, præclare feliciterque gestas, ad maturitatem quasi, percõctas & digestas,

velut

velut succum atque sanguinem, universo Corpori Politico, subministrat per Venas & Arterias.
Per hanc Circulationem Sanguinis Politici, se alii, & vegetat Virtutum moderatrix, Prudentia.

Caroline singulare addo specimen Prudentiæ:
Sacris in Conciliis, Comitibus, Dieasteriis, Prætoribus, Curis, & Castris,
quæ aur Vite Sanctitatis commendat, aut Etatis Gravibus, aut Personarum Dignitatibus,
illorum hæc in votis an scilicet Sapientiam, Prudentiam, Consultum;
nec minus, in Re difficulti, dubiisque Casibus obnoxia,
nil quidquam violenti, nec quidquam improvisi, noster adgréditur Monarcha,

nisi Divino antea Favore, Auxilioque piè implorato,
Alioquinque suis, & Negotiis Heroicis, ad Legem, ac Virtutis Cynosuram, rûd ponderatè.
Innumera quidem essent Caroline Prudentiæ Monumenta & Miracula;
sed illa, quæ Integra desiderant Volumina, nostræ excludit Paginæ angustia.

COLUMNA V. CLEMENTIA.

Ad Carolinam nunc accedo Humanitatem, Benignitatem, & Clementiam.

Qua de ita Seneca, Philoſophus:

Nullum ornamentum, Principis fastigio, Clementia, est dignius & pulchrius;
nec ullam, Clementia, ex omnibus, magis Principem decet & delibet.

Hæc Virtus, in quocunque Principis pervenerit Palatium, illud felix præstat. & tranquillum;
Sed in Regio quo rarior Palatio, eo habetur mirabilior.

Tunc Imperator interrogatus, utrum præmia Bonis, an poena Malis adhibere, Clementi conveniret Principi:
Sicut homini, inquit, dextram sinistramque brachium, ex æquo, habetur naturale: ita Principi, & gratiam, & poenâ;
verum tamen, ut dextra, quam laeva, nostris in Negotiis, utrimus frequenter

ut Principem, Remunerare potius, quam Castigare, decet gloriarè.
Principes, Clementia illustris, ex animo avertat illud Quinquennale Neronis, Tyranni Romanorum atrocissimi,
simulque inanem illam speciem Clementiæ, qua, teste Seneca de Clementia, tenellis optabat ita Poëta:

Vellem, neſciveritæras! Ovana Clementiæ infirmitas!

Quin potius quibuscunque in Rep. malitiosis Legum transgressibus duram Principes injiciant securis;

Hoc tamen sollicitè cavendum, ne, ad explendas Passiones, sed ad servendum Æquitatis Normæ,
taliam necis obtendantur simulacra, & Justitiæ prætantur involucria:

Isto sane modo, Maleficus, licet meritis de lætæque poenâ, eum homicidii postulatit Principem,
Qua propter Mantuendo & Clementia, cum rigore & acerbitate, vel agnoscendo, vel ignoscendo, commiscenda,
prout Delicti gravitas efflagitat, & Delinquentis qualitas.

Quando vero Principes suam palam vendit Clementiam, Suique lenitate attrahit contemptum,
innocentium paucitatem superat nocentum multitudine.

At enim vero inhumanum, & tyrannicum, tam multos in tempestiva perdere Clementia,
quos iusta paucorum poena conservasset salvos & incolumes.

Proſopolepia in primis fugienda, hoc est, neque divitis, neque pauperis, respicienda est Persona;
quia, & oculis, & cunctis clientelis, orbata ptingitur, & fingitur, Justitia.

Hanc Justitiam, ubique locorum, comitatur Clementia.
Est admiranda quædam ac divina Humanitatis Clementiæque vis & facultas;
ad hominum mentes, ætèro Benevolentia & Amoris vinculo, capiendâ & stringendâ.

Contumacem enim ac perfrictæ frontis Hominem,
quem neque minis terreas, neque armis adigas, neque carcere compellas,
sola Mansuetudine, Benignitate, & Clementia, in tuam rediges potestatem ac sententiam.

Regis illi est proprium Virtutis, laudatissimæ Clementiæ,
Præclarissimos quosque, & in summo positos fastigio, Heroës atque Principes,
dulci quædam illecebra, ad Sui adducere, non minus amorem, quam admirationem.

Hanc igitur Virtutem plebejus non facile suscipit animulus;

Sed illis tantum adhæret Mortalium Pectoribus,
qui accipites Fortunæ Regnorumque Casus suis librare gestiunt ponderibus,
suamque, in cæteris Mortales, intelligunt, ita moderandam Potestatem ac Imperium,
ut, quum aliorum armis comprehenderit ferociam, temeritatem ac audaciam,
suam Clementia compellant iracundiam.

Quum, ex Jctorum & Politicorum mente, justum sit iudicii officium,
ex præscripto Juris, Legumque sententia, Casus decidere foretque dubia;
Principi vero iusti Munus ac officium, Rigorem illum Juris, iusta temperare Æquitate;
hinc ab iisdem maximum Principis Regisque ornamentum, statuitur Clementia.

Hæc Principum Clementia ita devincit cives, obligatque subditos,
ut Principem non secus diligant, ac liberi Parentem, & Valli Dominum;
pro quæque vita, incolumitate, & salute, vota ad Deum Opt. & Max. faciunt sincera,
proque eodem sua maximis obijciant Capita periculis,
sumque profundere innocentem non reculent sanguinem.

Luculentissima prostant in **CAROLO MAGNANIMO** Virtutis hujus symbola,
in quem nulla unquam crudelitas cecidit subdito,
quem nec ulla asperitatis tetigit opinio.

Neque enim talis est, de quo cecinit poeta:
Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli;

sed Humanitate, Benignitate, Mansuetudine, Jucunditate, & Clementia,
quosvis sibi gessit devincere, obstringere & obligare homines.

Magno **CAROLUS** non cedit **MAGNUS** Alexandro,
qui, quum, tempore hyberna, frigore correptus, ad resocillanda membra, adsideret igni,
videretque è suis gregarium quemdam militem, algore pene mortuum,
sine mora, suo exsilium de loco, militem igni admoventi, iussu, frigore torquentem.

Neque cedit **TITO** Vespasiano, **CÆSARI** laudatissimo,

qui Humanitate Clementiaque meritus, ut diceretur Amor Deliciaeque hominum.

Quid multis? Nosse vincit **CAROLUS** Clementia recentiores & veteres Heroës,
non tantum externos, Græcos & Latinos, sed etiam Austriacos:

RUDOLPHUM, **Albertos**, **Friedricos**, **Maximilianos**, **Philippos**, **Ferdinandos**, **Leopoldos**, **Josephum**;
CAROLUS quin imo Austriacos, non tantum Austriacos, sed & Exteros, superavit **CAROLUS**.

Quid igitur est **CAROLI** Clementia illustrius?

quid Humanitate ejus, Benignitate, Mansuetudine, & Probitate, dignius?

COLUMNA VI. TEMPERANTIA.

Portum nunc ac litus occupo,

dum, plenis quasi velis, subire gestio exoptatum scopum,

Sextam & Ultimam expendens *Templi Hispanico-Austriaci Columnam, Temperantiam.*

Quemadmodum omnium Virtutum Mater est Religio & Pietas:

sic dulcissima earum nutritrix est Princeps Temperantia;

Cujus sicut carissima est pulcherrima Continentia,

quæ omnem, in gustu & tactu, in vitæ & amictu, servat mediocritatem.

Hæ enim cardinales nisi, mutuo invicem complexu, sibi servant Virtutes,

omnem propulsari, necesse est, Lenitatem & Clementiam,

omnem relegari Equitatem & Justitiam,

occæcari Prudentiam, encervari Fortitudinem;

&, quod valde deplorandum, omnem funditus exstirperî Pietatem.

Hinc Divus Prosper, in *Vita Contemplativa*, in hæc erumpit verba:

Temperantia facit abstinentem, parcum, sobrium, moderatum, pudicum, tacitum, atque verecundum.

Hæc Virtus sicut in animo habitans, libidines frenat, adfectus temperat, vitiosa castigat, sancta desideria multiplicat;

omnia intra nos consula ordinat, pravas cogitationes removel, ignem libidinis exstinguit;

placida mentem tranquillitate componit, eamque totam ab omni vitiorum tempestate defendit.

Quam igitur Principes sint magna quasi Mundi Lumina, & quædam clara Specula,

in quæ semper prospiciunt cives & subditi, indigenæ & advenæ,

seque eorum moribus reddere fatagunt conformes:

ideoque Principes, studentes Temperantiæ, subditorum plurimos Sobrietatis efficiunt cultores;

si vero Epicuri, Bacchi, Venerique impiam æmulentur Sellam, & Collegium nefandum,

subditos suos secum simul abripiunt ad Tartarum;

ubi ad mala patrata sunt atra Theatra parva,

Laudabili præluet **CAROLUS** Temperantiæ exemplo:

abstinet à crapula, usa venere illicito, nimioque vini potu,

omnemque aversatur intemperantiam, quæ committitur tam gustu, quam tactu.

Utinam laudabili istî Principes & Reges insisterent exemplo,

non tantum esset vitiorum, in exulcerato nostro Seculo!

Quid, queso, illas sedabit Perturbationes, quæ in Regum Principumque hærent animis,
nisi Actionum moderatrix Humanarum adit Temperantia?

Sane, remota hac à Principe Virtute, omnes aliz sunt mutile & mancæ.

Propter eximiam, quam amavit, Temperantiam,

sempiternam **Cyrus**, primus Rex Persarum, est consecutus Gloriam,

multique Heroës, tum Græci, tum Latini, laudem sunt nacti immortalæ;

quos inter excelluerunt **Epaminondas**, **Agellanus**, **Scipio**, **Æmilius**, **Cæsar**, **Augustus** & **Trojanus**;

alique plures, quos fera mirabitur, & æmulabitur, Posteritas.

Quantam vero incurrerunt reprehensionem, ob luxuriam, ingluviem, & crapulam.

Belsæzer, **Cambyses**, **Antiochus Epiphanes**, & **Alexander Mægus**;

de quibus mira referuntur in Annalibus.

Quam male audit apud suos, audietque apud posteros, **Caligula**,

qui, desforatus necatque Sororibus, & stupratis omnibus, quas poterat, **Virginium Romanæ**,

una Cena, ducenta & quinquaginta obliquavit Philippicorum millia;
& intra unius anni spatium, sexcentis septuagies quinquies centena Coronatorum millia;
hoc est, sexaginta & septem Milliones, cum dividio.

Quis non detestatur *Nerone*, *Galbam* & *Domitianum*,
qui nullum in *luxu* & *lascivia* seruarunt numerum, pondus & mensuram?

Quis non detestatur *Vitellium*, *Romanorum Monstrum*?
qui tanta fuisse, dicitur, prodigialitate, *luxuria* & *lascivia*,
ut, nisi mature fuisset depulsus ab Imperio Romano,
convessationibus atque debaculationibus omnes Imperii consumpsisset facultates.

Quis non execratur *Sardanapalum* atque *Heliogabalum*,
quorum *luxuriam* ac *libidinem* ipsum *vix* sustinuit intueri celum?

Temperantia, uti diximus, consistit in *modu* & *modicis*: uterque debet esse simplex & honestus.

Quidquid igitur, vel ad *pompan*, vel *luxum*, vel *delicias* atinet *superuacaneas*, id repudiandum!

Vestimentorum, in primis *modernorum*, *vanitas* atque *curiositas*, magnum iudicatur *levitatis* argumentum:

Non sane magno laudis est, magnis suum sumptibus squalidissimum exornare carcerem.

Ut mittam reliqua, *Vanitati* & *Stoliditati* *Hominum* utriusque *Sexus* vanissime expolita:

Omnes excedunt lasciviam discincta *Feminarum* *Pulchra*.

Quanam, quæso, est *Natalium*, aut *Matrimonium*, prerogativa? quis splendor? quodve decus est *Familie*?

curiosa obicere oculis *Virorum* atque *Juvenum*, quæ *vix* reverentur, in conspectu *Maritorum* & *Parentum*.

Summa nota est *lascivie*, omnis ruboris *propalatio*, *confatio* illecebræ, *defrontatio* mentis *telleræ*!

Quid hoc videtur aliud, quam *periculosa æquora* & *pelagi*, *vortices* & *scopuli* adversi?

quid aliud, quam *abominabiles Scyllæ* & *Charybdes*,

quæ *Adolescentiæ* & *Juventutis* *navibus*, *proculdubio* & *stultum ignaris*, certissimum attrahunt exitium?

An non, in *peccore lascivie*, *Mens* latec *meretricia* & *inopia*?

An non, in *uberibus discinctis*, *discincta* *estimatur Castitas*?

Ubi nam est tot *Linguis* *Librisque* *decanata*, *inque publicis Collegiis*, *laudibus* ornata; *Honestas* *Christiana*?

O *Filii* *Filique* *Vanitatis*! O *Magistri* *Magistræque* *Levitatis*!

Nisi enim aut *mentiantur Fata*, aut *me* *meus* *fallit Animus*, aut *rotam* *fulsaminat Fortuna*,

hæc Virorum *Feminarumque* *levia spectacula* *Seculis* *vix* *probanda* *sunt* *future*.

Modus ergo adhibendus est in *Vestibus*; nec quisquam esse debet *luxuriose prodigus*, nec *fordide avarus*;

nec *meretricia* *contus* *conscientiæ*, nec *desidiosa* *indutus levitatis*.

Observanda *svavis* *mediocritas*, inter *Paludatos* & *Togatos*, i.e. inter *unus* *Gravitatem*, *alteriusque* *Levitatem*:

Unius *speciosa* *Gravitas* *alterius* *desidiosa* *Levitatis* *temperanda*.

Ast, missis his in *Vestibus* *abusibus*, ad nostrum nos revertamur *CAROLUM*,

qui, ut supra innumus, in *Virtu* & *Amicitia*, in *Gustu* & *Tactu*, tantam servat *Continentiam*,

Oratoribus ut *profus* sit *difficile*, *insignem* *Ejus* *Laudem*, *verborum* *persequi*, & *adsequi*, *ornatu*,

Hinc addo, quod de *Caribage* exprimit *SALLUSTIUS*:

Melius est tacere, quam paucis dicere.

* * * ANACEPHALÆOSIS.

Nostri *gloriat* *Germania*,

quod, ex *Consensu* *Electorum*, *CAROLUM* *SEXTUM* *nacta* *Imperatorem* *Romanorum*,

qui *Rerum* *gestarum* *gerendarumque* *Magnitudine*, & *Gloriæ* *Laudisque* *excellencia*,

omnes *superavit*, & *superabit*, *Principes*, *Reges* atque *Cæsares*:

CÆSARES *inter* & *Reges*, *Principesque* *omnes*, *ceu* *Gemma* *fulgentissima*, *nostrer* *resplendet* *Imperator*.

Orbis *miratur* *Europæus* in *CAROLO* *Virtutum* *omnium* *consentum*,

Pietatem, *Iustitiam*, *Fortitudinem*, *Prudentiam*, *Clementiam*, *Temperantiam*,

Diligere *enim* *Pietatem*, *vera* *est* *Iustitia*; *scilicet* *Iustitiam*, *recta* *est* *Prudentia*;

nullis *averit* *molestiis*, *Fortitudo*; *nullis* *vini* *illicebriis*, *Temperantia*; *nulla* *superari* *superbia*, *Clementia*.

Omnes *ita* *coherent* *invicem* *Virtutes*, ut, *qui* *una* *caruerit*, *omnibus* *careat* *Virtutum* *ornamentis*;

qui *vero* *nam* *coluerit* *Virtutem*, *cunctas* *possideat* *unitas* & *conjunctas*.

Virtutes *sunt* *absoluta* & *perfecta* *Naturæ* *Humanæ* *excellencia*:

Quanto igitur *perfectæ* atque *absolutæ* *sunt* *singulæ* *Virtutes*, tanto *sibi* *sunt* *amicissime* *conjunctæ*;

Disjunctæ *vero*, & *ab* *invicem* *divulsæ*, *sunt* *minime* *perfectæ*.

Hinc *vera* *non* *est* *Pia*, quæ *iusta*, *prudens*, *clemens*, & *temperans* *non* *est*;

nec *perfecta* *est* *Iustitia*, quæ *pia*, *fortis*, *prudens*, & *clemens* *non* *est*;

nec *Fortitudo* *integra*, *cujus* *fundamentum* *non* *est* *Iustitia* & *Clementia*;

nec *iusta* *est* *Clementia*, *quam* *non* *ornat* *Fortitudo* & *Iustitia*;

nec *absoluta* *est* *Prudentia*, *cui* *non* *inservit* *Virtutum* *solida* *Prudentia*;

nec *grata* *Temperantia*, *quam* *non* *comitatur* *solida* *Prudentia*.

Virtus *vera* & *perfecta*, *in* *sua* *tempestate*, *est* *quieta* & *tranquilla*,

lucet *in* *tenebris*, *splendet* *in* *angustis*, *nec* *fordibus* *obsolet* *alienis*.

E

Hæ:

Hæc Virtus est arx inexpugnabilis, annis imperius, mare innavigabile, ignis inextinguibilis, amicus in angustiis, thesaurus inexhaustus, invictus in laboribus exercitus;
Vera Virtus est omnis, quod non fatigat, iter, quod confortat; labor, qui conciliat; pharmacum, quod sanat.
 Divina hæc & coelestis *Virtus* nullis crevit laudibus, nec ullis perit adfentationibus.
Cæsar Invictissimus, **CAROLUS SEXTUS AUSTRIACUS**, vigore Animi accerrimus, *Cogitationum magnitudinis, Actionumque celeritate, Alexandro & Cæsari similimus, par & æqualis CAROLO MAGNO, nisi MAGNO MAJOR* est futurus, *Virtutibus cunctis, & Sæpi, Togæque Dotibus, emipensissimus,*
 nihil in vita, nisi laudandum, aut facti, aut fæsti; inque posterum & faciet, & sentiet.
 Neque quisquam, **CAROLO**, otis *Negotia, Negotisque otia, CÆSARE*, elegantius dispunxit; semper inter *Arma, & Studia* versatus, *Corpus* periculis, *Animum* disciplinis exercuit.
 In Annalibus Belli Tarentini, Pyrrhus, Epirotarum Rex clarissimus, hæc gestavit verba, aureo annulo insculpta:
Homini, vitæ obnoxia, levæ parva, vitæ privatæ; præstanti Virtute Viro, parvum præmium, totum Orbis Dominum.
 in cuius Regnis & Provinciis, **SOL**, & semper, & nunquam, oritur, & occidit,
IMPERATOR est factus **ROMANORUM**.
 Nullius sane, nisi Divini, hominis est, *S. R. Imperii* Eam divina & fatalia suscipere, hoc est,

In arduo humanarum Rerum Fæstigio, Terras omnes, & Flumina, & Maria despicere, oculis mentisque collustrare, ubi certis sit serenitas, ubi dubia tempestas; de tot cogitare Urbibus, Nationibus, Regnis, Provinciis; nosse omnes diesque, perpeti sollicitudine, pro omnium transgere Mortalium salutem; nec non memorabiles exsequi Negotiorum illustrium eventus, quibus fatalia publicarum Momenta Rerum, tanquam in corde, voluntur, dubiorum; nec minus mediari Belli & Trophæa, quam Pacis & Civis Habitus extruere Monumenta;
Munimenta denique facta tecla habere Castrorum, Urbium, Regnorum, & Provinciarum;
Pacemque, Triumphis innumeris Victoriisque partam, Romano restituisse Imperio.
Hæc sunt excelsa Laudis Gloriaque Caræne Ornamenta!
Præclara Majestatis Cæsareæ & Regiæ Insignia!

* * *

PROSPHONESIS HISPANICO-AUSTRIACA.

Agedum, **GERMANIA** faustissima!
Imperatorem Regemque habes, **CAROLUM**, Hispanico-Austriacum,
 Cujus Clementiam & Gratum fidi diligunt suspiciuntque Subditi,
 Cujus Fortitudinem, animique Magnitudinem omnes Ejus reformidant inimici;
 Cujus immortale, Cedroque dignissimum **SYMBOLUM**: *Vigilare & pugnare, pro Salute Patriæ.*
 Vero quidem Orbis orbis erat **Sole**, tenentis quasi Cimætris immerlus,
 quum amitteret **GERMANIA** Regem Invictissimum,
Imperium lugeret *Imperatorem* Augustissimum,
Europa Heroem deploraret *Inclutissimum*.

JOSEPHUM PRIMUM

PIUM. JUSTUM, FORTEM, FELICEM,
PATRIÆ PATREM,
VICTOREM & TRIUMPHATOREM GLORIOSISSIMUM,
 in floridissimo *Ætatis* Suae flore florentissimæ,
 quippe, alterum quasi **ALEXANDRUM MAGNUM, XXXII.** Annos natum,
 sanctissime, *vitæ* vita, *ita* facta, *functum* & defunctum.
 Eheu! *Rex & Imperator* Populorum, succubuit morbo & adscitæ popularum,
 parentantibus **PARENTI** parentibus!
 Hoc in tanto Funere, infelicissima **GERMANIA** desperasset, & expirasset, lucitiosa,
 nisi spiraret, & speraret, in **AUSTRIA**, Heroum feracissima.
Spes Salutæque Publicæ in **CAROLO** est posita *Magnanimo,*
 unctæ Regis *Sanguine, Divo* Fratri pietate junctæ,
 qui audis *Amor* Populorum, *Desiderium* Regnorum, *Delicium* suorum *Subditorum.*
 Cujus *Conjunctæ,* **IMPERATRIX, REGINA,** *Heroina* Luneburgica,
 nova quasi splendidaque **LUNA**, *Orbem* illustrat *Europæum.*
 Nunc, felicissima *in* *Conjunctivæ* **SOLIS & LUNÆ,** *in* *Solo, & Solo,* nil nisi *Salus!*
 Si, ex *Spagyrorum* mente, *in* *Sole & Sale* sunt omnia in Chymicis *Mytheria;*
 quidni *in* *Solo & Solo* **CAROLO** sit *Salus & Victoria?*
Salus & Victoria sit **JOVI** *Servatori,* **MARTI** *Patri,* **HERCULI** *Victori,*
APOLLINI *Augusto,* **MERCURIO** *Pacifico,* **JANO** *Perenni!*

Salus & Victoria JUNONI sit Regine, MINERVÆ Augustæ, VENERI Felici,
ISIDI Salutari, VESTÆ Pie, MAJÆ Floridæ, DIANÆ Pudicæ, Opimeque SPEI!

Adplaudite, GERMANI felicissimi!
CAROLO, Invidiæ Victori; Hostium Triumphatori, CAROLO,
Salsæ Procuratori, CAROLO; CAROLO, Propagatori Libertatis!
Æternæ Memoræ, & Laudis pariter, Tropæum, immortalis Fama Gloriæque Monumentum
erigite, GERMANI! & concinnite:

VIVAT REX CAROLUS, PATRIÆ LUX MAXIMA NOSTRÆ!
TUAM MAJESTATEM, Serenissime, Potentissime, Invictissimeque IMPERATOR!

TUAM, inquam, MAJESTATEM, quam
JOSEPHO FRATRI, IMPERATORI & REGI AUGUSTISSIMO,

Supremæ Coeli Terræque Monarcha Dignissimum destinavit Successorem,
Cæselle Divinumque Numen Datibus ornât, coronetque Cæsilibus;
Annos etiam TUÆ MAJESTATI largiatur Nostros;
omnigenam quoque concedat, tum Corporis, tum Animi, Salutem!

O Æternæ DEUS! Cali Terræque Monarcha!
Qui Res humanas Divino Numine torques,
In Cujus Dextera sunt Splendida Sceptra Regentum,
Per varios Casus, per mille Pericula, Clemens
Servasti CAROLUM, duxisti ad Culmen Honoris.
Hunc, quoniam melior poterit, nec major, haberi,
Tu nobis salvum, DEUS Optime, Maxime! serva.
Corporis atque Animi conserva, quaeso, Vigorem!
Da Regimen felix; Cræves, Pietatis amantes;
Aulam frugalem; salvam cum Conjuge Prolem;
Ut videat Felix Patriæque Domusque Salutem!

CAROLINA RELIGIO & PIETAS magis in Animo fervescat!
CAROLINA JUSTITIA intimas Medullas suaviter inflamet!
CAROLINA FORTITUDO Mentem Augullam magis roboret!
CAROLINA PRUDENTIA Pectus Magnanimum peranimet!
CAROLINA CLEMENTIA Aulas, Prætorias, & Curias illustret!
CAROLINA TEMPERANTIA ad emulationem quosvis excitet!

& ut compendio omnia complectar,
CAROLINA VIRTUS semper, & ubique, Illustris effloreat!
Virum vero Carolinam Carolina comitetur Felicitas & Gloria!

* * *

CHORUS

Musarum & Nympharum,

In Parnasso (aut, si malis, Olympo) Iphenæensi, olim Thurino Monte, inculco ac deserto; nunc vero, ex Con-
cessione Serenissimi, Possessoris sumibus, cultissimo atque frequentatissimo, Gaspeliano dicto; mirabili Cryptarum
(seu, ut Barbari dicunt, Grottarum) Porticumque varietate, varioque Vinctorum Arboratarumque genere
ac ordine, ut & Prospectus jucundissimi felicitate, nec non Observatorii Astronomici celebritate, Area præ pri-
mis Astronomico, apud exteros memorabili.

NB. Hæ Musæ & Nymphæ, aliaque, hoc in Scripto, occurrentium Dorum Dearumque Nomina, non Sensu Ethnicis, sed Christianis;
h. e. Historicæ atque Eymologicæ, sunt interpretanda atque explicanda; & si facti fas est, Musæ & Nymphæ Mariani, in Montis Mariani,
hæc sunt, intelligenda.

I. CLIO.

Tibi qui magnæ pia Civitatis
Pompa subisti Regia;
Et nova, Turbis tibi congregatis,
Victus fuisse Gloria.
Rexes, O peccator! plene nos tuere,
Et fange vires hostium!
Ut Tibi Laudis monumenta veræ
Eructos clamantium.

II. EUTERPE.

Ite recto tramite!
CAROLOque psallite!
Atque voce juncti,
Nunc sonate cuncti;
Imperator legitur,
Rexque nobis redditur:
Jubilare, Gentes!
Dulce concinentes.

Ez.

III.

III. THALIA.

Supremus Heros legitur,
Suisque, Jo! diligitur,
Qui vixit Aulica pia,
In Urbis hujus Chris.
O Gens! quid agis? an lapsi?
Mimique, quam faxum, Japis?
Cur, qua caduca diligit,
Heroa tantum negligis?

V. TERPSICHORE.

En! Dies adest amoena,
Jubili Plaususque plena,
Nota tot Miraculis,
Digna laudibus piis.
Lux amoena, Lux nitidis,
Concelebretur canoris

Canibus solenniter.
Personemus dulciter!

VII. ERATO.

Res stupenda! Major Artis,
Major Astri, atque Maris,
Prodit CAESAR CAROLUS,
Principi. Jo! Austriacus.

Hac Tibi cantata Soli,
Sume, que, favore Poli,
Probus tradit animus,
CARL! Regnorum Dominus.

IX. CALLIOPE.

Festa Lux, Lux fausta splendet Coronarum,
Lumen micat de Lumine:
Clarus, en! Lucem Chloras, Jo! hanc Misfarum
Lato celebrat Carmine.

Federati, glorioso more, Gazis
Juvant, stupendo Federe.
Fac, Tibi possum Monumenta Pacis
Condigna dulcis edere!

XI. ASTRÆA.

Nunc, nunc stupescant Secula,
Jo! CAROLI Solemnia!

Cantate Lucis Austriaci,
Et ferre Dona strenui!

Innotuit Austriacus,
Hac Die, Casar Maximus:

Lxtare, tota CHRISTIAS!
Gratesque psalle debitas!

IV. MELPOMENE.

Miseros qui redimat, Paterno
Redemptor è Regno venis,
Et tuos reddens Solio Supremo,
Europa toti subvenit.
Quæ magno Gentes grege separabat,
Tu nempe lepem diruis;
Nosque, qui nobis mala preparabat,
Jugo Draconis eruis.

VI. POLYHYMNIA.

CAESAR, en! est nobis datus,
Parente CAESARE factus.

Canamus omnes: Hac die,
CARL factus est REX Gloria.

Vox Germanorum perfonat:
Adest, suosque liberat.

Canamus omnes: Hac die,
CARL factus est REX Gloria!

VIII. URANIA.

Læto promicat Æthere
Regnantis CAROLI festa piis Dies:
Dulces Bifoniz Lyra
Svavi fila sono, si potis est quies.
Hunc Europa pie colit.
Salve, nostra Salus! & Decus! & Honor!
Laudes meritis heic dicit
Noster Marianus, jam ferviens. Amor.

X. HYGINE.

Nova mira! Jo! Imperator,
Regni Præpotens Creator,

Fugat in scrobis tenebras
Holtes, ad suas latebras.

Jubar aureum virefcit;
Gallus huic nocere nescit.

Refer, in Domos Regnorum,
Humilem Gregem Tuorum!

XII. EUSEBIE.

O Magne Principi Pacis Austriacæ!
Legate coelo, CAESAR, DUX, CAROLE!

In TE PETRA fundata Castra,
Quæ Fama illa transfert ad Astra.

Stervator Orbis, Præsidium Spei!
Præclara Patris Progenies Dei!

Miro modo Tuos tuere;
Pacis opes largire vera!

CORONIS * POLITIC * ECCLESIASTICA.

Tria complectens Chronologica, Cabalistico-Chirico-Cubico-Polylogico-Propnoetica, ex quibus tria extractanda sunt Altitia, Augusto huic
Templo Hispanico-Austriaco perquam necessaria, propter Paginæ angustiam, simpliciter saltem facie expredia.
PRIMUM tradit Aran Hispanico-Austriacam, quæ futuram CAROLI SEXTI indigitat Fortunam. Numeri Romani
describunt Annum jam instansum 1712. Radix Cubica quaritur in voce FLOS. Hic Cubus transmurtari potest in Coronam Cabalisticam, cuius
Basis est FORTUNA.

FLORIDA. FELICES. FASTOS. FERT. FA MA. FV FVROS.

SECUNDUM Chronodichon Cabalistico-Chirico-Cubico-Polylogico-Propnoeticam exhibet Aran Theosophico-Philadelphianam,
in memoriam Ecclesie Philadelphianæ, quæ est, & dicitur, Pacifica; EN. LXV. v. 23. Capis Numerum 1733. ex Fontibus Apocrypticis,
Theologia relinquimus erudendum, Radix Cubica latet in voce FAX. Basis Conica est LAURUS.

AVREA. FAX. MVNDO. LAVREA. FAX. CAROLO.

TERTIUM Chronodichon Cabalistico-Chirico-Cubico-Polylogico-Propnoeticam proponit Aran Ecclesiasticam, DEO & Ministerio
Ecclesiastico dicatam. Hoc complectitur Aran Christianam Anni ad finem currentis 1711. Idque, (ut & ante superiora) more solito, legi
& variari potest, juxta Numerum, quem continet Chronodichon, Radix Cubica est LALLS. Basis Conica ECCLESIA.

LAVS. ETERNA. DEO. LAVREA. MITRA. CHORO.

Forum nunc scilicet occupamus, Finemque & Coronidum imponimus Augusto Templo Honoris & Virtutis Hispanico-Austriacæ, additis
quosque Lucris Prætorio-Palatinissimis, sacram Crucem exhibentibus, quæ tot admittunt Variationes atque Explicationes, quot Axiata habet
annos CAROLUS SEXTUS, Imperator Romanus Augustissimus, Victor & Triumphantor Gloriosissimus.

* F. *
I. N. I.
* S. *

Mag. H. ...




f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

107P
1077





TEMPLUM HONORIS ET VIRTUTIS HISPANICO-AUSTRIACUM, SEX COLUMNIS PIETATIS, JUSTITIAE, FORTITUDINIS, PRUDENTIAE, CLEMENTIAE, TEMPERANTIAE ILLUSTRISSIMUM; *Serenissimo, Potentissimo, Invictissimo* PRINCIPI ac DOMINO, DOMINO CAROLO SEXTO

Electo Romanorum Imperatori S
REGI Germaniæ, Castiliæ, Arragoniæ, Neapolis, Utriusque Siciliae,

Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiae, Granadæ, Toleti, Valentia, Gallicia, Majoris Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarum, Insularum Canariæ, Indiarum, Terræ Firmæ, MARCHIONUM AUSTRIACORUM, DUCUM Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantia, Stiria, Carinthiæ, Limburgi, Geldria, Wurtembergæ, Calabria, Superioris, PRINCIPUM Sveciæ, Catalonia, Asturia, TARRAGONENSIS, LANGUEDAVIO ALSATIÆ, MARCHIONUM Burgavia, Moravia, Superioris & PALATINO Comitum Habsburgi, Flandria, Tyrolis, DYNASTIA Hanigoviz, Pfirdia, Kuburgi, Namurci, PAPIA, PIO, JUSTO, FORTI, VICTORI & TRIUMPHATORI GLORIOSISSIMO PATRI PATRIÆ CLEMENTISSIMO

Quum juxta Tenorem AUREÆ BULLÆ, à Ca
à Celsissimo Potentissimoque Co

unanimi Consensu CÆSAR eligeretur
Die XII. Octobr. M DCC XI. ibique Die XXIII. 1
quo illustriorem, in Orbe Romano, & ANNUM, & DIEM
CORONA Imperiali inauguraretur solennis

sublimiori & subtiliori exstructum, consecratumque. Eloquentiæ
Epigraphicæ, Metricæ, Heroicæ, Elegiacæ, Jambicæ, Trochæicæ, Anapaesticæ, Phalæcicæ, Epigrammaticæ
Anagosticæ, Polylogicæ, Chronologicæ, Acronostichicæ, Polypropæ, Palindromæ, Stereometricæ, Cubicæ
Trigonometricæ, Pyramidicæ, Opticæ, Prosoponicæ, Onomasticæ, Emblematicæ
adhibitis passim Observationibus Historicis, Mathematicis, Ethicis, Politicis,
addita quoque Anacephalotici, Prosoponici, Choro Musarum & Nympharum
CELSISSIMO POTENTISSIMOQUE COLLEGIUM
devotissimo animi cultu humilissime dicat & de
Votoque devoto PROSPERRIMA FAUSTISSIMAEQUE DEVOTIONIS
Se, Studiaque sua Mariana, in Laudem Imperii Romani, & Salutem
submississime offert & commendat

ANDREAS GOEPEL
ISENACO - THURINGI
Theol. & Jur. Cand. Med. Doct. & Poët. L.

Anno, quo
hispanie rex CARL. CÆSAR, VIctorqVe
Impert. exCellit. LaVrea, oVansqVe Viget.
FRANCOFURTI ad Mœnum, IMPENSIS AUTORIS. Anno reparatæ Salutis M DCC XI.

